


Biblioteka
U. M. K.
Toruń


213676



+ Cb 1968. 80

Wilhelm Fuchs
Buchbinder - Meister
Königsberg i. Pr.
Collegien-Str. No. 2.





Gesegnete Geschenk des Vf. b.
Von mir am 22. Febr. 1880,
Johann. v. Kossowicz.

+ C 6 1908 Oct.

CANTICUM CANTICORUM

EX HEBRAEO CONVERTIT

ET EXPLICAVIT

DR. CAJETANUS KOSSOWICZ

CAESAREAE LITERARIAE UNIVERSITATIS PETROPOLITANAEE PROFESSOR
GERMANICI SUPERIORIS SCIENTIARUM ARTIUM HUMANITATISQUE EXCOLENDAE
LIBERI INSTITUTI SOCIUS HONORARIUS ET MAGISTER CET.

1890
229

—+— E 83 —+—

PETROPOLI.

1879.

F527




A Monsieur

H. L. Fleischer

hommage respectueux

de l'auteur.

Saint-Pétersbourg
7/19 Février
1880.



+C6 1968 Oct.

CANTICUM CANTICORUM.



CANTICUM CANTICORUM

EX HEBRAEO CONVERTIT

ET EXPLICAVIT

D^R. CAJETANUS KOSSOWICZ

CAESAREAE LITERARiae UNIVERSITATIS PETROPOLITANAe
PROFESSOR GERMANICI SUPERIORIS SCIENTIARUM
ARTIUM HUMANITATISQUE EXCOLENDAE LIBERI INSTITUTI
SOCIUS HONORARIUS ET MAGISTER CET.



PETROPOLI.


EXCUSUM IN SYNGRAPHARUM IMPERII PUBLICARUM CONFICIENTARUM EXPEDITIONIS TYPOGRAPHEO.

1879.

Дозволено цензурою. С.-Петербургъ, 20 Апрѣля 1879 года.



213676



АКСПЕДИЦІЯ ЗАГОТОВЛЕНІЯ ГОСУДАРСТВЕННИХЪ БУМАГЪ.



PRAEFATIO.

Liber Jobi et Canticum Canticorum peculiaria sacrae hebraeorum poeseos dramaticae sunt specimina, sed quum in illò non solum personae agentes, sed etiam tum anteriora, tum ulteriora Jobi fata prosa oratione sint exposita, in hoc nisi poeticum tex-tum (duabus intermediis indicationibus, quarum una VIII, 5 perexigua est, distinctum) prae oculis habemus, idque praecipua causa difficultatis in sacro poemate explanando antiquitus fuit. Recen-tiora tempora singulis sacri poematis locis multum certe lucis attulerunt, sed, quoad totum, vel male

sarcitum, partibus inter se aegre cohaerentibus, vel omnino nexum abhorrens hucusque apparet, difficultasque recte ejus exponendi adeo magna est, ut vir aetatis nostrae in sacris libris explicandis facile princeps, Franciscus Delitzsch, minime haereat in ipso initio sui Commentarii ¹ fateri „Canticum Canticorum omnium sacrorum scriptorum esse longe difficillimum semperque in eo manere loca incerta, quibus intellectis poematis aenigma facilius solveretur“.

Ad meam explicandi rationem, unum totumque opus est, neque aliis documentis, post tot excellentissimorum virorum labores ², interpretatio mea, nisi hebraicae linguae genio et legibus verborumque contextui inniti habuit. Voces uniuscujusque

¹ Biblischer Commentar über die poet. Bücher d. Alten Testaments von Franz Delitzsch, 4-ter B. Hoheslied u. Koheleth. Leipz. 1875.

² Vide Lehrbuch der historisch-kritischen Einleitung in die kanonischen und apokryphischen Schriften des alten Testaments von Carl Friedrich Keil. Leipz. 1873, pp. 394—399 ibique adjice: Das Buch Ruth und das Hohe Lied im Urtext nach neuester Kenntniss der Sprache behandelt, übersetzt, mit Anmerkungen und einem Glossar versehen von Andreas Raabe. Leipz. 1879.

versus literate translatas excipit tum ipsius, tum nexus
ejus cum sequentibus operis partibus explanatio, quibus
etiam quae ad has bene intelligendas conducere
mihi visa sunt praemittuntur, argumentis locorumque
analogorum indicationibus passim in annotationibus
adjectis. Quae historiam naturalem, geographiam cet.
sacri poematis spectant, benevolus lector in clarissimi
Delitzschii opere luculentissime exposita inveniet;
quumque in hoc omnes clarorum interpretum opinio-
num diversitates exhibeantur, has etiam in meo opus-
culo repetere supervacaneum duxi. Quae igitur mihi,
sicut omnibus aliis interpretibus, cum Delitzschio sint
communia, haec in annotationibus et interpretatione
silentio praeterii; quae vero nova recte protulisse mihi
visus est, in rem meam verti et indicavi, quae minus—
ab his in sacris vocibus translatis recessi, in majoris
momenti occasionibus breviter ratione, ubi id a me
recepto sensui firmando magis necessarium visum est,
apposita. Mysticum et symbolicum poematis valorem
in interpretatione haud tetigi, quum fundamento

omnis sanae *εξηγήσεως* philologica explanatio esse
debet huicque in praesentia praecipue operam dedi.

Quamquam vero omnia sacrorum librorum archetypa, eximia in haec britannicae biblicae societatis pietate, unicuique parabilia sint neque horum praestantissima hahniana editio ad rariores libros pertineat, majori tamen legentium commodo, etiam archetypum sacri poematis nostri in eodem opusculo excudendum curavi vocalium atque *accentuum* signis omissis, siquidem parvulus hic liber non tironum proprie in hebraicis literis, sed consummatorum potius philologorum usui et judicio destinetur.

Deus Optimus Maximus faciat ut mea etiam opella, qua Sacro Scripto recte intelligendo candido alacrique animo insumpta, pro virili, aliquam lucem afferre volui, grata et benigne a Sacrarum Literarum cultoribus accipiatur.

C. K.

INTERPRETATIO.

OPERA MURATORI



I, I. CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS OPUS.

I.

Interiora atria regiae Salomonis. Salomo, reginae et puellae aulicae. Omnes assident contristatae Sulamithidi, quae nuper in regium gynaeceum advecta, separata a viro suo, nullum consolationi atque delectamentis dat locum. Quod ad personam Sulamithidos attinet, haec, e Sunemo oriunda ³, possestrix modici fundi erat, qui in vicinia Engaddae (I, 14), in regione montana, e vineto (II, 15) et pascuo, quod capris et ovibus ejus nutriendis sufficiebat, constabat (I, 8); habebat praeterea domunculam (V, 2—6) et hortulum, in convalle, montano torrente irriguum arboribusque et floribus amoenissimis consitum (I, 14; VI, 11; VII, 13—14), qui cum vineto conjunctus esse videtur (II, 15). Haec dos Sulamithidos fuit, quam fratres ejus, post matris mortem, a priore hujus marito nati, ob eamque rem in eam severiores (I, 6; VIII, 8, 9), sorori suae, rato videlicet tempore, tradiderant. Ibi solitaria (II, 8—17), parvis domesticis suis rebus incumbendo, habitabat, donec a juvene quodam, vicino (VIII, 5) monticola et pastore (II, 8, 9; IV, 8; I, 7; VIII, 14; VI, 2, 3), quem adhuc viuetum custodiendo viderat (I, 6), deamata, ab hoc in matrimonium ducta esset (IV, 16; V, 1), postque paulum a rege, qui cum nobi-

³ Vide annot. ad VII, 1.

lium suorum comitatu (VI, 12) in haec loca excurrerat, fortuito, absente viro, conspecta (VI, 11, 12; VII, 1) in regiam domum se translatam inopinanter vidisset. Mores sancti et pulchritudo Sulamithidos deleniverunt regem, sed hanc neque amor regis, neque honores, neque magnificentia regni vel minime permovent: pia uxor nisi de dilectissimo viro suo cogitat, hunc habet in ore et in mente, ad hunc perpetuo omnibus animi affectibus fertur. Incassum reginae et puellae, amorem regis suadendo, operam impendunt: Sulamithis respondet sequentibus.

SULAMITHIS.

2. Deosculetur me ille (*sc. vir meus*) ex osculis 2.
oris sui (*osculis, quorum unumquodque novis semper deliciis scatet; פָּרְטִית*), quoniam meliores amores tui
(*o tu deliciae meae!*) sunt vino. 3. Odore 4 — olea tua 3.
sunt praestantia: oleum suave si effunderetur, tale est
nomen tuum (*odoriferum vinum*⁵, *quod largiter in regia domo profunditur, nil est prae dulci temulentia, quam experire me faciunt tui amores: haecque regalia aromata quid mihi valent? Aroma praesentiae tuae illibatum et perfectum est: ipsa prolatio nominis tui nisi forte cum odoratissimo effuso liquore comparari potest*); ideoque
amanter gesserant se erga te puellae (*jure placebas omnibus puellis ante quam me uxorem duxisses*). 4. Trahe 4.

⁴ Del.: odoratui (olfactui). Sed quum alterum hemistichium prioris sententiam (quae est: omne tuum, sicut et ipsa tu, est praestans) firmat et explet, pondus valoris hujus necesse est cum aliis interpretibus non in **תִּרְבֵּל**, sed potius in **שַׁמְנִי** agnoscere, quod vertendo feci, praesertim, quum **רִיחַ** plane et distincte non sensu *odorandi*, sed *odoris*, occurtere solet. Conf. lexica.

⁵ Conf. v. 2.

me post te, curramus⁶ (*educ me ex his locis te ubique secuturam, celeri fuga servemus nos*). Introduxit me rex in conclavia sua, *at* exsultemus, quaeso, et gaudio perfundamur in te (*tuque, neque alius quis, fons gaudii nostri, mei scil. tecum conjunctae, esto*), praedicemus amores tuos p̄ae vino⁷ (*collocavit me rex in penetralibus suis, sed angore et aegritudine hic me confici scias: eripe me, exsultemus, fac ut gaudio et mutua voluptate perfundamur, ut praedicare nobis fas sit multo p̄otius delicias nostrorum amorum, quam regale vinum, quod p̄ae his nullum mihi valorem habet*⁸). Recte (*merito*) amanter gesserant se erga te *tum aequales meae, tum qui te noverat (jure placebas omnibus)*.

⁶ Secundum masoreticos accentus: *trahe me, post te curramus*, absentia tamen copulativi י et ipse verborum tenor suadent תֹּאַחֲרֵיכָה non ad נְרוּצָה, sed ad מִשְׁכָנָה referre, versusque membrum sic tum animum Sulamithidos viro suo vel maxime devotum, tum sequi hunc alacriterque omnes vires fugae communi impendere paratissimum demonstrat, quod etiam sequenti membro confirmatur, solumque נְרוּצָה absque adjectis vim orationi Sulamithidos impertit singularem.

⁷ מִן in מִין est comparativum reserturque ad נְבוּרָה.

⁸ Plurales נְנוּלָה et נְנוּרָה sunt plurales emphatici sive reflexivi sensu num. sing., ad analogiam, quae, quamvis in hebraica rarer, apud omnes, ni fallor, humanas linguas obtinet annotationique ad 2. b). § 108 praestantissimi Ges.-Kautzschii operis* supplendae, si quid video, inserviunt. Forma horum pluralium nihilominus e praecedente נְרוּצָה sine dubio fluxit, quem, postquam semel communis cum marito suo fugiendi actionis desiderium Sulamithis enunciaverit, cetera, vel quae ad eam proprie spectarent, vi affectus correpta, pluraliter, ut cum amico suo communia, uno eodemque tenore enunciare non potuit quin pergeret.

* Wilhelm Gesenius' hebräische Grammatik. Nach E. Rödiger völlig umgearbeitet und herausgegeben von E. Kautzsch. Leipzig. 1878.

Tali obstinatione amoris erga rusticum maritum commotae reginae mirantes oculos, non sine aliquo despectu, in Sulamithida conjecerunt, quem intuitum haec, ad suffuscam faciem suam referendo, quum gynaecei feminae, ut quae a fervidioribus radiis solis defenserentur, candidiores vultu essent, ipsa candida ingenio, rationem nigredinis atque germanae formae suae ingenue regiis feminis refert, moxque ad cogitationes de viro suo, quem imaginatione quasi praesentem sibi effecerit, naturaliter recurrit.

5. Nigra sum ego, attamen non indecora, o 5.
filiae Hierosolymorum, ceu tentoria cedraeorum (*gentis nomadum araborum, quorum tentoria pannis e nigra vel suffusca lana confectis obduci solebant*), ceu aulaea Salomonis (*regales papiliones, quorum magnum pretium extra omne dubium erat*). 6. Nolite me mirari, quod 6.
ego suffusca sim, quod acri aspectu suo adusserit me sol: filii matris meae succensuerunt mihi⁷—vinetum proprium meum custodiendo non servavi (*memet ipsam, animi mei scil. affectus non servavi, dum juveni ibi primum conspecto, cui postea despensa fuerim, jam tum eos reddidisse; conf. VIII, 12*). 7. O! indica, quae⁸ tu, quem 7.
deamat anima mea, ubi nunc pascis *tuum gregem*, ubi recubare *hunc* facis meridie, nam cur sim ut femina velata ad greges sociorum tuorum? (*cur induam speciem te quaerentis alicujus meretricis, quae, simulata pudicitia, percurrendo pascua, pastoribus pelliciendis studet?*)⁹

Sulamithis, haec proferendo, vehementiori affectu perculsa, videt se reapse jam jam querentem amissum conjugem indecorumque statum suum in hoc querendo pertimescit. Indignabundae

⁹ Vide Del. ad 1.

7: posuerunt me custodiendum vi-
neta (vineas custodiendi omnes
imposuerunt mihi)

reginae quum animadvertisunt Sulamithida pastorem regi anteponere, quamvis indignationem, urbaniore loquendi modo (duo dat. ethici) eximiamque pulchritudinem suam agnoscendo, comprimere quasi voluissent, suadent ei—ire et pastorum vitae conditionem amplecti.

CHORUS REGINARUM ET PUELLARUM.

8. Si tu non sapis tibi (*apud te, quod penes te est, contra quod non innitimus, quum in praesente rerum tuarum conditione de regali magnificentia et dignitate idoneam notationem colligere non possis, si veram conditionem tuam coram rege non est ut intelligas*), abi sis¹⁰ ad vestigia gregis (*abi* ⁷*pulcherrima* *hinc, ut gregem tuum inquiras*) et pasce, *hoc invento,* *mulierum,* capellas tuas ad habitacula (*tentoria*) pastorum.

Dicendo haec, reginae et puellae magnitudinis et dignitatis Salomonis bene conscientiae erant, minime tamen intelligebant quid rex de ea sentiret quantoque in eam amore afficeretur. Minime de separatione sui ac Sulamithidos cogitans, Salomo pulchritudinem ejus extollere tentat digniterque ornare eam promittit. — Aegyptia equa, cui a se deamatam Sulamithida comparat, habet jam, ad sensum nostrum, qui obtusior ad veritatem in rerum natura percipiendam est factus, nescio quid absonum; comparatio tamen nil de nativa pulchritudine sua perdit, quum nullum animal, neque pulchritudine, neque impigritia, neque in melius excolendi facultatibus, neque fide in hominem equo praeferri potest, similique jure pulchra et intrepida, quaeque subigi ab alieno viro non patitur (quod est praecipuum) femina cum praestantissima equa hic, ut vir fortis apud omnes nationes cum leone, comparatur ¹¹.

¹⁰ Notetur peculiaris usus *dat. eth.*, qui, quoad sensum, gallico *s'il vous plait*, anglico *please, if you please*, plane respondet. Conf. II, 10, 13, 17.

¹¹ Conf. D. ad l.

SALOMO.

9. Equae in curribus Pharaonis compono te, o 9.
amica mea (*gratia immunitati conjuncta in te quasi gene-*
rosam Pharaonis curruum equam video). 10. Decent genae 10.
tuae in orbulis, collum tuum (*decet*) in margaritarum
lineis: 11. orbulos auri (*aureos*) faciemus tibi cum 11.
punctis argenti (*argenteis, — aureos orbulos argenteis*
punctis distinctos faciendo *tibi curabimus; quumque pulchra*
et generosa sis, digna es ut genae tuae et collum praes-
tantissimis ornamenti, nempe genae sumptuose fabricatis
orbulis, e capillis in has dependentibus ¹², et collum pretio-
sissimis sertis margaritarum collustrarentur.—Hoc desi-
derium ornandi Sulamithida regi imagine generosi equi, cui
phaleris distinguendo ubique, apud orientales vero populos
praecipue, opulentiores homines student, est suggestum).

SULAMITHIS.

12. Donec rex in consessu suo, nardus mea 12.
edet odorem suum (*dum rex in consilio suo praesidet*
et regit, nardus mea suavissimum odorem suum minime
perdet, i. e. marito meo unice et semper delectabor.
Sulamithis repetit comparationem cum suavissimis odo-
ribus quibuscum praesentiam viri sui jam v. 3 compa-
verat. Sensus hujus versus et duorum sequentium est:
uctoritate et potestate regia, salus cuius, ut imperio
ejus subjectae, mihi vel maxime cordi est, pro certo affirmo
semper mihi virum meum dulcissimum fore, quasi diceret:

¹² Del. ad l.

13. *per regem, regia auctoritate juro* — ¹³). 13. Fasciola myrrhae (*myrrha fasciola involuta*) dilectus meus est mihi, quae inter mammae meas (*in meo sinu*) sem-
14. per commorabitur ¹⁴; 14. racemus cypri dilectus meus est hortorum *patriae meae* Engaddae.

SALOMO.

15. 15. Ecce te pulchram, amica mea, ecce te pulchram. Oculi tui columbae sunt (*en, quam pulchra tu es, quam tu es pulchra. Oculi tui columbarum venustatem referunt*¹⁵).

Sulamithis respondet: si pulchra sum aliis, mihi vir meus quaeque illius sunt unice arrident. Auras rurales, non regiae aera ducere meum est: opacae cedri et cupressi solent nobis esse pro domo, ipsa ego non sum nisi flos pratensis, qui extra prata evanescit.

SULAMITHIS.

16. 16. Ecce te pulchrum, mi dilekte, atque etiam perjundum (*ecce tu pulcher, mi conjux, es atque etiam pergratus, tuque unice acceptissimus mihi es, — nostraque vivendi ratio ipsaque loca, ubi nati, ubi adulti sumus, extra quae vita non mihi vita esset, nil cum regali pompa et magnificentia commune habent*), etiam lectus noster vires-
17. cens est (*e virescente graminis herba constat*), 17. trabes

¹³ Sub מְכַבֵּה convivium vulgo intelligunt, quae significatio, quamvis etymologia innaturatur (כָּבֵד), cassa sensu mihi videtur, praesertim quum eadem etymologia voci strictiore significationem consessus, concilii praebeat. Praedicatum prioris versus membra est facillime subintelligendum impf. הִיא (minime הִיא), quod actionem simpliciter futuram (Ges. § 127, 1), perf. vero גִּתְּתָה secundi membra ἐνεργικῶς actionem quae, in praeterito initio capto, est duratura (§ 126, 4), denotat.

¹⁴ V. Del. ad l.

¹⁵ Comparationem hic et IV, 1 interpretes Sulamithidos oculorum cum columbarum oculis esse voluerunt, non animadvententes ejus oculos in plenissima imagine cum ipsis columbis V, 12 comparari.

domorum nostrarum sunt cedri *vivae*, lacunaria nostra cupressi ¹⁶: II, 1. ego sum colchicum autumnale II, 1. Saronis (*planitiei Saronensis*), aliquod lily convallium.

SALOMO.

2. Ut lily inter spinas, sic amica mea est ².
inter *omnes* filias (*quam lilia pulchritudine sua praestant sentibus et spinis, sic mea amica praestat omnibus puellis, omnes scil. puellae si tecum compararentur, deformium spinarum speciem praestitissent*).

SULAMITHIS.

3. Ut malus inter arbores silvae, ¹⁷ sic dilectus meus (*meus conjux*) est inter *omnes* filios (*jucunditate sua conjux meus est mihi id quod malus, quae, modeste umbrosa, simul reficientes et sapidos fructus praebet: ut nutriciam malum omnibus arboribus, sic conjugem meum omnibus hominibus praefero*). Sub umbra ejus (*hujus mali*) delectabar et considebam (*cum animi delectatione considebam*), atque fructus ejus *quam* suavis fuit palato meo. 4. Ille inducebat me in domum vini ⁴
et vexillum ejus super me fuit — amor (*cum illo sub umbrosa malo, nempe sub qua ipse natus est* ¹⁸, *considendo, jucundissime vires meas reficiebam, ille me vino, quod non mihi alienum, non regale, ut hic* ¹⁹, *sed ge-*

¹⁶ Enunciando similia, Sulamithis minime vitae rusticae simplicitati cum magnificentia regiae domus conligendae studet, neque aliud quicquam nisi hanc a natura sua prorsus alienam esse demonstrare contendit.

¹⁷ Del. ad 1.

¹⁸ Conf. VIII, 5.

¹⁹ Conf. I, 2 et 4.

nuinum nostrum fuit, illibatis scil. voluptatibus, perfundebat, neque quemlibet metui, quum sub ejus tutela,
 5. quae ipsa amor fuit, commorata sim)... 5. Suffulcite me uivarum libis, sublivate (recreate) me pomis malorum,
 nam aegra p[re] amore sum (*Sulamithis quum amorem et consuetudinem conjugis, quocum adeo felix erat, in mentem revocaverit, in eo est, ut animo prope deficeret, seque ad astantes reginas, quas, ipsa innocens, aegritudinis suae socias aestumat, convertit precando ut refrigerantibus libis et pomis opem sibi ferrent; memoria ante actorum tam stricte in illa cum ipsa existentia sua est conjuncta,*
 6. *ut p[er]gat haec vividioribus coloribus depingere*)... 6. Laeva manus ejus sub capite meo erat (*capiti meo supposita*) et dextera ejus amplexabatur me!²⁰— (*Quum recordatio amorum conjugis, quamvis urgentibus animi doloribus conjuncta, unica in praesentia salus miserae esset, obsecrat porro reginas et puellas ne se interpellent, utque, summum in praesentia bonum suum venerando, patientur haec dulcissima quasi animi somnia coram iis referri, donec referendi vires plane se defecerint ipsaque sua sponte haec denuo referre incepert; moxque repetit tempus, quod nuptiis suis non ita longe, ut apparet,*
 7. *praecesserat*). 7. Obtestor vos, filiae Hierosolymorum, per dorades aut per cervas campi (*obsecro vos per omne quod in rerum natura liberum venustumque aspectu hominum oculos delectat et rapit*): non suscitare neque exsuscitare amorem, donec ipse (*amor scil.*) indulserit....

²⁰ Conf. VII, 13.

(*Animo collecto, narrat ut conjux, ante quam sponsus suus factus esset, mane hanc in domuncula sua obdormientem e somno expergefecerit exque domuncula ad conversandum secum elicuerit*). 8. Vox dilecti mei (*audio vocem mei dilecti*). Ecce illum advenientem, *illum*, qui saliens *est* per montes, trajiciens per altitudines (*cui neque mons, neque ulla altitudo impedimento quin viseret me fuerant*)—9. persimilis est dilectus meus dorcadì vel pullo cervorum—ecce eum stantem *extra* post (*pone*) parietem nostram (*domus nostraræ*), introspicientem a fenestrîs (*intus per fenestram²¹ introspicientem*), micantem a cancellis (*per cancellos fenestrae*). 10. Exorsus est amicus meus et dixit mihi: surge sis²², amica mea, pulchra mea, et exi, quaeso²², 11. nam ecce frigus praeteriit, imber praeterlapsus est, abiit sibi (*suam viam*), 12. flores conspiciuntur super terra, tempus vites putandi advenit²³ et vox turturis auditur in regione nostra. 13. Ficus *jam* condit (*aromatico succo implevit, rubescere fecit*) grossulos suos, et vites *sunt* flos (*flore et gemmis cooperatae sunt*), edunt odorem (*ficus scil. et*

²¹ תְּלִינָה est, mea quidem sententia, sic dictus plur. categoriae. similiter ac פְּתַחֲרֵנָה VII, 14, domunculaque Sulamithidos simul et cubiculum ejus fuisse appareat. Haec si etiam plures fenestras atque januas habuisset, unius tamen fenestrae hic, ut VII, 14 unius januae, ratio, sine dubio, habetur.

²² Vide annot. ad I, 8.

²³ Dictum per anticipationem, quasi dixisset: en flores apparuerunt—vites cito putandae erunt, et tu restabis usque? Forma et usus vocis יְמִיר̄ vetant huic significationem *cantus avium* tribuere. Vide Ges.—Mühlau u. Volck hebr. Wörterb. * Jam LXX: καὶ πός τῆς τοῦτος ἔφενεν.

* Wilhelm Gesenius' hebräisches und chaldäisches Handwörterbuch über das Alte Testament. Neu bearbeitet von F. Mühlau und W. Volck. Leipzig. 1878.

vitis). Surge, quaeso²⁴, amica mea, pulchra mea et
veni tibi (*veni sis, veni, quaeso*²⁴). — *Quum Sulamithis
ad haec non responderet, amicus suus jocose dicit suam
columbam, sc. Sulamithida, in aliquo rupium foramine,
in aliquo montium dejectu sese abscondisse, ideoque eo
magis ei evocandae incumbendum putat*). 14. Columba
mea est in rimis rupis, in asylo dejectus montani:
da mihi videre faciem tuam²⁵, da mihi audire vocem
tuam, quia vox tua dulcis et aspectus tuus decorus
est. (*Quum neque haec profuerunt, amicus Sulamithidos
ad astutiam refugit exclamatque vulpeculas hortulos
puellae devastare ad hasque arcendas praetereuntes quasi
advocat*:) 15. „Comprimit nobis vulpes, vulpes par-
vulas vastantes vineta, vineta vero nostra sunt flos
16. (*florent et germinant*)!“ — 16. Dilectus meus est mei et
ego illius²⁶, pascentis gregem suum in liliis²⁷ (*in prato
liliis abundante. Dilectus meus, qui mei est, ut ego illius
sum, nulla vi a me distrahi potest, jamque tum non potui
quin ad eum foras non exiissem*. — *Abeunti mandat Sulamithis ut eam postridie ante occasum solis invisat neque
se longe expectare faciat*). 17. Usque ad tempus quo
dies spiraverit fugerintque umbrae (*ante quam aurae
vespertinae diem refrigeraverint umbraeque diurnae diffu-
gerint*) revertere, similem te praesta, quaeso²⁸, mi-

²⁴ Vide annot. ad I, 8.

²⁵ De forma plurali מְרָאֵךְ v. Del. ad I.


²⁶ Conf. annot. ad VII, 11.

²⁷ Conf. VI, 3 et IV, 5 ubi agitur de hinnuleis pascentibus in liliis.

²⁸ Vide annot. ad I, 8.

amice, dorcadi aut pullo cervorum super montes faucium (*qui fauces montium praeruptorum atque odoriferis virgultis fragrantium²⁹ transiliunt*)... III, 1. Super III. 1.
 lecto meo *nuper* in noctibus (*una noctium, quas hic jam in domo regia transegerim*) quaesivi quem diligit anima mea, quaesivi eum et non inveni eum.
 2. Surgam age (*dixi ad me ipsam*) et circumeam in 2.
 urbe, in foris et in plataeis: quaeram quem diligit anima mea. Quaesivi eum et non inveni eum.
 3. Obvenerunt mihi custodes, circumeuntes in urbe: 3.
 numquid quem diligit anima mea vidistis? (*dixi eis*).
 4. Quasi paululum fuit quod praetergressa sum eos 4.
(vixdum aliquot passus ab eis recessissem) usque ad quod inveni (*paululum spatium fuit quod praeteriissem ad locum ubi inveni*) quem diligit anima mea. Corripui eum, neque dimisi eum usque ad quod (*usque dum*) reduxerim eum in domum matris meae (*in maternam domum, in domum quae matris meae fuerat, in meam scil. propriam domum*.—*Sulamithis, quamvis spatio a viro divisa, quum mente animoque intime conjuncta cum eo permaneret imaginemque ejus quasi ob oculos suos versantem semper sibi praesentem haberet, non potest quin etiam noctibus de eo somniaret, somniumque hoc simul et aliqua animi ejus praesensio est se ad dilectissimum conjugem tandem redituram*).... 5. Obtestor vos, filiae Hierosolymorum, 5.
 per dorcades, aut per cervas campi, non suscitare, neque exsuscitare amorem, donec ipse indulserit.

²⁹ V. Ges.—Mühlau u. Volck sub v. רָתַב. Conf. IV, 8 et VIII, 14.





II.

Rex Salomo aliquantum temporis extra Hierosolyma transegit. Describitur redditus ejus in metropolim.

CHORUS CIVIUM HIEROSOLYMORUM.

6. Quaenam ecce haec ascendens e deserto?
(quaenam haec matrona est, quae ecce ascendit e regione deserti? ³⁰)—ut columnae fumi—suffimentum myrrae et thuris ex omni pulvere institoris ³¹ (*suffitus ex myrrha, thure pretiosissimisque omnis generis odorum mercibus, quas instidores appортant. Quaenam est illa quae urbem appropinquatur? quid sibi vult ille odoratissimus suffitus, illae velut suavissimi alicujus fumi columnae, quae e*
7. *deserto urbem versus procedunt?*) 7. Ecce lectica illius, quae Solomonis est (*en lecticam, quae non alias cuiuslibet est, sed Salomonis ³²*). Sexaginta viri circa hanc

³⁰ Vide Del. ad I.

³¹ Reginae Hierosolyma alicunde revertentes intrare solebant, ut appareat, metropolim magni pretii suffimentis circa earum lecticam accensis, quod honoris, absque ullo dubio, signum fuerat. Ingressio, quae hic describitur, eo solemnior est, quod in regia lectica assidet ipse rex, qui una cum uxore sua in hac urbem intrat. Proprie hic regis ingressus describitur, sed de regina in prima inscriptionis fronte mentio injicitur deque ea hac exeunte agitur, ut aulici Salomonis mores pompaque regii cum regina processus plenius exhiberentur.

³² Conf. I, 6 et VIII, 12. כרמי של

sunt e viris Israelis (sexaginta delecti militaris generis Israelitae cingunt hanc³³). 8. Omnes illi stringentes 8. gladium (gladio armati sunt), edocti bellum: unusquisque—gladium ejus ad femur ejus (uniuscujusque gladio praecinctum est femur) a tremore in noctibus (prae nocturno tremore, ad impetus et incursiones, qui contra noctu deserta transeuntes fieri potuissent, arcendos). 9. Lectoram³⁴ (capsum lecticae) fecerat sibi rex 9. Salomo ex arboribus Libani (e cedris), 10. columellas ejus fecerat ex argento (argenteas), reclinatorium ejus ex auro, culcitam³⁵ ejus e purpura: interiora ejus exornata sunt amore³⁶—e filiis Hierosolymorum (interiora lecticae ornat amor, in lectica scilicet regis assidet ei uxorum ejus primaria, Hierosolymis nata). 11. Exite et intuemini, filiae Sionis, 11. in regem Salomonem in diademate, quo corona- verat eum mater sua die nuptiarum suarum atque die gaudii cordis sui (exite, filiae Hierosolymorum, et aspectate cum regina redeuntem regem, redimitum diademate, quod capiti suo imposuerat mater sua die nuptiarum, die summi gaudii, quale usquam in vita sua persensisset³⁷).

³³ Decima pars lectissimorum regii exercitus militum, militarisque regii comitatus, probabiliter, pars dimidia. V. Fr. Delitzsch ad l.

³⁴ Vide Ges.—Mühlau u. Volck sub v. נָפְרִי.

³⁵ V. Del. ad l.

³⁶ Talem sensum hic verbo נַצְחָה tribuere flagitant sequentia Quoad נַבְנָה, non amorem propriem, sed personam amatam, sicut et VII, 7, itidem haec vox evidenter denotat.

³⁷ Nullum dubium esse potest hanc ipsam reginam nunc simul cum Salomone Hierosolyma reverti.

Animi affectus regis Salomonis erga Sulamithida idem initio et post redditum ejus in Hierosolyma restat. En quibus alloquitur eam, jam mundo et vestitu regiarum feminarum exornatam, postquam in gynaeceum venerit. Notatu dignum est regem in oratione sua, quum pulchritudinem singularum Sulamithidos corporis partium extollat, de industria rusticis maximam partem imaginibus uti; quod autem ad collum ejus hic cum patris sui Davidis procula atque, ab externa facie, gradibus undique convergentibus extracta turri comparatum, imagine hac, quum mutuo libentique amore se ab ea donatum futurum nondum desperaret aliumque plane aspernaretur, simul animi ejus tenacitatem aliqua ex parte extollere videtur. Conf. VI, 4.

SALOMO.

IV. 1. Ecce te pulchram, amica mea, ecce te pulchram. Oculi tui sunt columbae (*similes columbis prae venustate sunt*³⁸) pone velamen tuum; crinis tuus ut grex *nigrarum* caprarum quae decumbunt³⁹ in monte Galaad (*quae, quasi pendentes e prominentiis montis Galaad, in his discumbunt*); 2. dentes tui ut grex tonsarum *ovium*, quae modo ascenderunt e lavacro⁴⁰, quae omnes gemelliparae sunt et liberis orba non 3. est inter illas⁴¹; 3. ut filum cocci (*ut fila coco tincta*) labia tua sunt et os tuum (*proprie: loquendi instru-*

³⁸ Conf. I, 15 et V, 12.

³⁹ V. Ges.—Mühlau u. Volck sub v. טַל

⁴⁰ Imago non solum ab ovium lana, sed etiam a carnosu harum candore est petita, qui apud has, quum sint tonsae, amoenissimam e roseo albedinem praebet.

⁴¹ Comparatio versatur circa duas series superiorum et inferiorum candidissimorum dentium, quorum singuli plane et aequaliter in utraque serie alter alteri respondent neque inter sibi vicinos sive aliquod incompletum spatium, sive aliam quamlibet maculam, habent. D.

*mentum) est suave; ut segmentum mali punici tempus tuum (gena tua) est pone velamen tuum; 4. ut turris 4. Davidis, collum tuum est, extracta dejectibus⁴² (*gradibus ab omni parte, externa facie, in altum consurgentibus*): mille clypei suspensi sunt super ea, omnia scuta heroum⁴³ (*dejectibus turris collum, clypeis vero et scutis monilia, margaritarum lineae cet. comparantur*⁴⁴); 5. duae mammae tuae sunt ut duo hinnulei, 5. gemelli dorcadis, pascentes in liliis⁴⁵ (*in pratis liliis affluentibus; liliis pectus Sulamithidos, e quo mammae prominent, comparatur*⁴⁶). 6. „Usque ad tempus quo dies 6. spiraverit fugerintque umbrae“ liceat, quaeso, mihi venire ad montem myrrhae, ad altitudinem thuris (*quam felix essem, si me eisdem vocibus, ac quemnam alium, ut ad te propere venirem compellares*⁴⁷, *ad te, montem suavissimae myrrhae, altitudinem thuris, ad te scilicet, quae, amoenissimae umbrosae odoriferae regioni montanae similis, tam suave afferre mihi refrigerium par es.—Montes et colles, sive altitudines, simul aptam rotundamque Sulamithidos membrorum formam, simul hanc accessum aspernantem, ut v. 4 turris davidica et VI, 4 militum catervae, leviter designare videntur*). 7. Tota 7. tu pulchra es, amica mea, et macula non est in te.*

⁴² V. Ges.—Mühlau u. Volck sub v. Julius Fürst itidem in lexico forma minori (1869) reddit hebraicum תַּלְפִּית voce *dejectus* (Terrasse).

⁴³ כָּל hic non est *unumquodque*, sed *omne ad unum*. Del.

⁴⁴ Vide Del. ad l.

⁴⁵ Conf. VI, 2.

⁴⁶ Del. ad l.

⁴⁷ Conf. II, 17.


Dicta a rege revocant in Sulamithidos memoriam verba ejus mariti, quum huic desponsa, sed nondum nupta fuisset: affectu erga virum suum male sana, respondendo Salomoni, profert haec ipsa verba, quibus suus dilectus, jam sponsus suus factus, perculsus amore, ut secum matrimonium inire eam persuaderet, usus erat, quibus a rege prolata, natura sua, aequiparari non possunt, verbaque sui assensus,— denique felicitatem viri festo connubii (itidem verba ejus afferendo), absens quasi mente atque amore conjugali aegra, depingit.

SULAMITHIS.

8. „Mecum de Libano, o sponsa mea, mecum de Libano descendes, prospectabis de cacumine Amanae, de cacumine Saniris et Hermonis, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.⁴⁸ 9. Rapuisti mihi cor, o mi soror, o sponsa mea, uno ex oculis tuis⁴⁹ (uno de aspectibus, de conjectibus ocolorum tuorum), una catella de collariis tuis. 10. Quam venusta blandimenta tua sunt, mi soror, o sponsa, quam meliora blandimenta tua sunt prae vino et odor unguentorum tuorum prae omnibus aromatibus. 11. Rorem favorum stillant labia tua, o sponsa, mel et lac sub lingua tua sunt et ipse odor vestitus tui est sicut odor Libani (qui fragrantibus plantis et virgultis atque etiam suave olenti cedride redundat⁴⁹). 12. Hortus obseratus est soror mea sponsa, scaturigo obserata, 13. fons obsignatus. 13. Surculi tui (quod ex te efflorescit

⁴⁸ Conf. II, 17 et I, 10. Notatu dignum animadvertere quam diversa ab his sunt quae rex sponsae suae vel offerre, vel promittere potuisset.

⁴⁹ Del. ad l.



et quasi erumpit, flos aetatis tuae) nemus est malorum punicarum cum fructu lautitarianum (*magni pretii, praestantissimo*), cypri cum nardis, 14. nardus et crocus¹⁴ sativus, acoron et cinnamomum cum omnibus arboribus thuris (*odoratissimis*), myrrha et aloë cum omnibus praestantiis aromatum (*cum praestantissimis aromatibus, — et cetera quaecunque praestantissima sunt aromata*), 15. fons hortorum, puteus aquarum viven-¹⁵ tium (*perennium*) et fluenta de Libano[“] (*quae de Libano manant*)⁵⁰. — 16. Surge, septemtrio (*tunc dixeram*),¹⁶ et veni, auster, perfla hortum meum, diffundantur odores ejus: veniat dilectus meus ad hortum suum et comedat fructum lautitarianum sui (*quem praestantissimum, quem magni pretii appellat!*⁵¹). *His verbis Sulamithis sponso suo, ut marito, se reddiderat*). V, 1. „Ecce v. 1. me ingressum (*dixerat ille nuptiarum festo*) in hortum meum, o soror mea, sponsa, decerpsi myrrham meam cum balsami frutice, comedo favos meos cum melle meo, bibo vinum meum cum lacte meo. Indulgete cibo, o socii, bibite et inebriamini, amici![“] — 2. Ego obdormiveram⁵² (*aliquo scil. tempore post nuptias*),² sed cor meum vigil (*est, vigilat, vel in somno a conjugе minime abstrahor*). *En, vox (ausulta) dilecti mei*

⁵⁰ סְדֵד וּמָנוֹנִים Omnia substantiva quorum primum est (v. 13), et ultimum נַזְלִים (v. 15), hisque interjecta, sunt praedicata subjecti שְׁלַחֲנִי (surculi tui) in. v. 13.

⁵¹ Vide v. 13.

⁵² רִישָׁנָה est adj. verb. cum pronomine verbi notionem exprimens. V. Ges.—Mühlau u. Volck hebr. Wörterb. sub v.

(*en dilectum meum*) qui pulsat *januam*: „aperi mihi,
soror mea, amica mea, columba mea, integra mea⁵³,
nam caput meum plenum est rore, cirri mei—stillis
3. noctis“. 3. Exui tunicam meam (*reputavi tunc cum
animo meo*), quomodo *nunc* induam eam? lavi pedes
4. meos, quomodo nunc inquinabo eos?⁵⁴ 4. Dilectus
meus protenderat manum suam e foramine⁵⁵ *fenestrae*
et—viscera mea intremuerunt super illum (*de illo,
erga illum*.—*Dum pendebat animi quid faceret, Sulamithis per fenestram protensam amici, foras perfriges-
centis, manum vidi et intimis sensibus misericordiae
5. commota est*⁵⁶). 5. Surrexi ego ut aperirem *januam*

⁵³ תְּמִתָּה refertur potius ad indolem Sulamithidos, quam ad ejus
amorem erga juvenem, quum eum non ut maritum, qui *fidam sibi, piam*
nisi uxorem appellare posset, in hoc somno, sed ut juvenem solummodo
sui amantissimum, videret, praesertim quum eadem vox VI, 9 etiam in ore
Salomonis repetatur.

⁵⁴ Verba haec et quae sequuntur documento sunt Sulamithida con-
jugem in domuncula sua quamvis jam nuptam, sub specie nondum conjugis,
sed amantissimi ejus juvenis, dum adhuc sponsus suus esset, in somno vidisse.

⁵⁵ LXX: ἀπὸ τῆς ὁπῆς, quae vox in recentiore graecitate de
fenestra usurpat. Multi interpres, interque hos clar. Delitzschius, de
foramine in janua supra pessulum hic agi putant; sed pessulus nulli
usui, tali foramine praesente, foret, postquam facillime manu per hoc
protensa recludi posset, neque adeo, si per foramen januae amatus a
Sulamithide juvenis manum protendisset, noctu e suo lectulo haec eum
conspexisse par fuit, foramine ipsa hac manu obtecto. חור hic est evi-
denter vacuum spatium in clathris sive cancellis fenestrae (חֲכִים), per
quos inspicientem in Sulamithidos domunculam hancque foras evocantem
amantissimum ejus juvenem vidimus II, 9. Mühlau et Volck, sicut et
ipse Gesenius olim, referunt vocem ad *fenestram*.

⁵⁶ Secundum Delitzschium cogitatione sibi fingendum est Sulamithida,
ante quam somno se dedidisset, tunicam bene explicasse et posuisse, quumque

dilecto meo et manus meae (*tempore quo aperuissem januam externumque pessulum tetigisse*) stillabant myrrha et digitus mei—myrrha profluente super ansis claustrorum sive pessulus largiter myrrha inunctus erat, sic, ut manus Sulamithidos et digitus, quum hunc tetigisset, stillabant ab hoc magni pretii unguento, quo, apud veteres, juvenes amantes dilectorum a se puellarum januae postes et pessulos oblinere solebant. Myrrha super pessulum profluens primum ad fores amicum Sulamithidos venisse, dumque has clausas invenisset, postea jam, inuncto vide-licet antea pessulo, ad fenestram domunculae ejus se reddidisse indeque hanc frigore percitum orasse, ut intus ingrediendi veniam sibi daret, luculenter ostendit. Imaginem hanc castissima conjux referendo, quasi non somnium, sed id eventu ei contigisse amicumque suum revera ibi affuisse, narrat, dum bene se meminisse dicat manus suas et digitos stillasse myrrha, qua pessulus januae domunculae ejus ab hoc inunctus fuisse). 6. Aperui ego amico meo, at amicus meus declinavit, praeteriit. Anima mea egressa erat dum loqueretur (dum obsecraret me ut frigescentem eum exciperem,—anima mea e corpore prope etiam excesserat, revera querimoniis ejus penitus tacta eram, revera vocem ejus audiveram): quaesivi eum, sed non inveni eum, appellavi eum, sed non respondit mihi, offenderunt me custodes

de die nudis pedibus ambularet, etiam hos ante somnum lavasse (v. ad l.). Quod verum est, pudor et decus retinebant eam tantisper, sed amor et commiseratio vicerunt.

7. circumeuntes per urbem ⁵⁷, 7. pulsarunt me, vulnerarunt me, deripuerunt palliolum meum de me custodes moenium (*fugiendoque hos, palliolum in manibus eorum reliqui D.*). 8. Obtestor vos, filiae Hierosolymorum, si *forte* incideritis amico meo, quid renunciatibus ei *de me?* *Renunciate*, quod aegra amore ego *sum* ⁵⁸.

CHORUS REGINARUM ET PUELLARUM.

9. Quidnam amicus tuus *est* prae alio quolibet amico, o pulcherrima mulierum, quid amicus tuus est prae alio quopiam amico, quod sic obtesteris nos? (*quibus dotibus amicus tuus ceteris amore et affectu dignis juvenibus praestet, dic nobis, ut bene ac distincte cognoscamus eum, si forte obviam nobis factus esset, tuumque mandatum efficiamus, quod adeo cordi tibi est, ut nos obtestere tanta cum contentione? — Reginae et puellae consulto male sanae Sulamithidi consentiunt revera se posse alicubi amatum ejus offendere, moremque ei gerere voluntatique ejus*

⁵⁷ Sulamithis, quamvis nata et adulta ruri, notione de Hierosolymis atque urbanis institutis minime privata esse potuit, nil ideo mirum, si in somno, egressa e rustica sua domuncula, per Hierosolymorum plateas currere sibi visa est, estque hoc somnium quod non in regia, sed jam nupta in domuncula sua viderat, praesagium proximae separationis suae a marito, quem altero, quod III, 1—4 narraverat, redditum, post separationem, ad eum quasi praesagiebat.

⁵⁸ Verba alterius hemistichii possunt etiam significare: quid (cur) renuncietis ei quod aegra amore sum? i. e. non renunciate ei me amore confici (conf. analogum usum pron. מה VIII, 4), quod forsitan melius. Diversitas sententiae pendet a praesentia, vel absentia, in legendo pausae vocis post מה תנידך לו. Hanc vocis pausam distinguit masora, quam in versionis textu secutus sum.

explendae, quam VI, i expressim exsequi promittunt, sunt paratae; simul earum haec interrogatio nescio qualem opinio- nis praesumptionem contra Sulamithidos amici praestantiam, non sine aliquo fastidio, quod domino suo hunc praeferre per geret, semper prodere adhuc videtur. Sulamithis, ad haec ingenue atque simpliciter respondendo, externam faciem conjugis sui, amoris affectu perfusa, eis describit. Notatum dignum, quod Sulamithis, coram reginis, quae regali sum ptuosae magnificentiae sint assuetae neque imagines sollemmodo rurales magni potuissent facere, formam et speciem conjugis sui describendo, comparisonibus etiam ex iis quae in regia circa se atque eas videret, petitis utitur, utque uxor, quae naturaliter marito suo propior est, singillatim membra ejus depingit.

SULAMITHIS.

10. Amicus meus est candidus et rubidus ^{10.}
(in ejus ore vivida rubedo colori candidissimo confun- ditur ⁵⁹), praecelsus pre myriade virorum (conspi- cuus inter myriades,—inter myriades virorum facile eum dignoscere): 11. caput ejus est aurum purissimum ⁶⁰ ^{11.}
(ut purissimum aurum refulget): cirri ejus sunt pal- marum frondes ⁶¹, nigri sicut corvus ⁶²; 12. oculi ejus ^{12.}

⁵⁹ Aptæ imagini huic illustrandæ Del. homericum afferit ὥς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ.

⁶⁰ Conf. annot. ad v. 15.

⁶¹ V. Ges.—Mühlau u. Volck sub v. מִלְחָמָה.

⁶² Corvina cirrorum nigredo lucido hic atque rubenti oris candori opponitur. D.

sunt sicut columbae ad rivos aquarum, lauti⁶³ in lacte, assidentes ad plenitudinem (*nitidi oculi ejus sunt sicut columbae, quae, postquam in rivis aqua pellucida uberioribus laetae sint, aliquod tempus in ripa, siccessendo operam dantes, desuper permanent, acies nempe amici Sulamithidos oculorum in medio albo, quasi in lacte perenni, quod omnino atque aequaliter cavos eorum compleat, residet*); 13. genae ejus sunt areola plantae odoriferae—tumuli (*proprie: turre*s) odorum; labia ejus sunt lilia, stillantia myrrham profluentem (*labia ejus sunt decora ut lilia, si his addes odoratissimam myrrham, quacum halitus ejus et sermo comparari potest*); 14. manus ejus lateres aurei cylindrati sunt, completi gemma tartessia (*manus ejus aureos cylindros, quibus digitalium unguium gemmae, monente Del., topazo sive chrysolitho similes, inclusae sunt, referunt*); venter ejus est toreuma eboris contectum sappiris (*cui sappiri inclusi sunt; ipse venter conjugis, itidem sagaciter monente D., cum eburneo artificio, venulae vero, quae per delicatissimam cutem ejus perlurent, cum sappiris comparantur*); 15. crura

⁶³ Quum substantiva נִיר וְיָונֵה ambo sunt fem. gen., praedicata gen. f. רַחֲצֹות et יִשְׁבּוֹת necesse ad utrumque horum, proprie tamen ad עַנְנֵי, referri debent, quoniam columbarum imago nisi oculis describendis (similiter ac I, 15 et IV, 1) hic inservit. Quoad תְּאַלְמָן, secundum Del. atque multos alios interpres, idem est ac תְּאַלְמָן gemmarum *insitio*, ita ut hic oculi Sulamithidos viri cum splendidissimis gemmis compararentur. Sed quum in imagine nostra de *rivis aquarum* deque columbis in his sese lavantibus agitur, praestat cum antiquissimis interpretibus (LXX: ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων, Vulg.: *super fluenta plenissima*) vocis simplicissimam, hancque etymologicam, significationem amplecti.

ejus sunt columnae marmoris *candidi*, fundatae super basibus auri purissimi⁶⁴ (*ex auro purissimo*). Aspectus ejus (*facies, statura*) est sicut Libani — eximius sicut cedri; 16. palatum (*omne quod e palato procedere*¹⁶ *potest, praecipue: loquela*) ejus dulcitudines, et totum eum — delicias. Hic (*talis*) est dilectus meus, et hic socius meus⁶⁵ (*socius vitae meae, meus conjux*), filiae Hierosolymorum.

Dolores Sulamithidos atque animi ejus candor vincunt reginarum fastidium haeque, jam sinceriter partes ejus suscipiendo aegraeque assentando, porro, ut disserendi de dilecto suo ansam ei darent, ubi ille hoc temporis puncto moraretur, eam expressim interrogant.

⁶⁴ Bases crurum sunt *pedes* a genibus usque ad soleas. Haerent interpres quid sibi vult haec comparatio imorum pedum cum auro. Sed postquam singillatim partes corporis dilecti sui conjugis Sulamithis descriperit perveneritque ad pedes, qui minus aspectui subjiciuntur, comparandi genus, quod hucusque est secuta, naturaliter mutare debuit, quumque hos bases crurum simulque et totius egregii corporis mariti sui appellaverit, gressus horum necesse habuit cum auro, quod pretio et splendore maxime est conspicuum, comparare. Notetur hic frequentissimus in sacris libris usus verbi **לֵךְ** *ire* in significatione *vivere, aliquam vitae rationem sequi*: aurei ergo gressus Sulamithidos viri non solum physicam eorum pulchritudinem, sed et agendi ejus rationem maxime probam atque integerim demonstrant. Similiter et *caput* ejus initio descriptionis (11) ut aurum a Sulamithide exhibetur; capite ergo et pedibus viri sui cum auro comparatis non solum *indole*, sed etiam *ratione agendi* eum haec vel maxime resplendere tradit. Ceterum, tota versus 15 imago etiam simpliciter praestantissimos, a cruribus incipiendo, pedes Sulamithidos viri, ut notavi, demonstrat, quum aurum in universum praestantiam denotet, candidum vero marmor, pariter ac ebur auro inclusum, venustissimum aspectum praebeat.

⁶⁵ Conf. VII, 11. *Socium* (**רָשֶׁת**) nisi *virum* suum Sulamithis appellare potuit. Conf. p. 58.

CHORUS REGINARUM ET PUELLARUM.

VI. 1. VI, 1. Quonam iit dilectus tuus, o pulchra inter mulieres, quo devertit dilectus tuus, ut quaeramus eum tecum? (*dic, ubinam illum hoc temporis puncto commorari putes, ut una tecum quaeramus eum, ut in quaerendo eo nostrum etiam subsidium tibi praebeamus*).

SULAMITHIS.

2. 2. Dilectus meus nunc descendit in suum hortum ad areolas odoriferarum plantarum, ut pasceret⁶⁶ in hortis (*scil. in pratis liliis obsitis, quae, prope hortos, quasi horum continuationem efficiebant amoenitatisque eorum specimen pre se ferebant*) et ut colligeret lilia (*hoc temporis puncto, scil. quo Sulamithida interrogaverant reginae, ejus dilectus tali occupationi vacare solebat*). 3. Ego mei dilecti sum, et dilectus meus est mei⁶⁷, ille pascens gregem suum in liliis⁶⁸.

SALOMO.

4. 4. Pulchra tu *mihi* es, amica mea, ut Tirza (*amoenissimum oppidum, quod, post Salomonem, usque ad regem Omrium sedes regni israelitici fuerat*), speciosa ut Hierosolyma, metuenda ut vexillis expansis ca-

⁶⁶ Verbo סְבִרַת hic proprium sensum suum reddere flagitat eadem expressio de Sulamithidos amico in v. 3 et II, 16.

⁶⁷ Conf. VII, 11.

⁶⁸ Vide annot. ad II, 16.

tervae⁶⁹ (*ut catervae, quarum non est neque, coram aliquo, ponere arma, neque receptui aut fugae se committere*). 5. Averte oculos a facie mea, nam hi oppugnant me. Crines tui sunt ut grex *nigrarum* caprarum, quae decumbunt⁷⁰ in Galaad; 6. dentes tui sunt ut grex ovium, quae modo ascenderunt e lavacro, quae omnes gemelli parae sunt et liberis orba non est inter eas⁷¹; 7. ut segmentum mali punici tempus⁷² tuum (*gena*) est pone velamen tuum. 8. Sexaginta⁷³ illae (*ecce*) reginae et octoginta pelices *mihi sunt* et puellae absque numero; 9. una *autem* ea, colubra mea, incorrupta mea, una ea est matri suae, eximia ea genitrici suae (*una autem ea plane mihi cordi est, una ea, quum nata esset, felicem reddidit matrem suam, — una ea feliciter est nata, perfecta scilicet omnibusque numeris, quantum naturae est feminae, absoluta, ideoque, quum ingenio meo tantum conveniat, recte praeter omnes mihi arridet*). Viderunt eam puellae et felicem praedicaverunt eam, reginae et pelices — et collaudaverunt eam (*animi scil. candor et pulchritudo Sulamithidos tales sunt, ut haec extra invidiam in pulcherrimarum adeo puellarum et reginarum animis*

⁶⁹ *Vexillum amoris* conjugis, quod potenter protexerat Sulamithida, dum huic conjuncta esset (II, 4), praebuit absque dubio regi, praeter cetera, quod ad se ipsum, ansam ejus cum vexillis instructis, recta in hostem procedentibus, armatis catervis comparanda, quamvis ipsam, quum primum eam vidisset, difficilem subigi scilicet futuram suspicans, eodem vocabulo jam appellaverit (VI, 10).

⁷⁰ Vide annot. 39 ad IV, 1.

⁷¹ Conf. annot. ad IV, 2.

sit posita, quae neque suum putant ut cum hac comparantur, huncque animi puellarum atque reginarum sensum, qui etiam in affabilissime ab eis factis quaestionibus V, 9; VI, 1 conspicitur, Salomo, praecipue post redditum suum, non potuit quin animadverteret).

Ultima Salomonis verba revocant Sulamithidi in mentem tempus, quo primum hic cum comitatu suo, domunculam ejus praetereundo, vedit eam in hortulo, quaeque fuit causa ejus in regiam transferendae. Male sana atque mentis impotens, fida conjux repetit nunc verba, quae a Salomone audiverat pro-lata, quaeque tunc bene non intellexerat.

SULAMITHIS.

10. 10. „Quaenam haec est quae prospexit *e hortulo*
ut aurora, pulchra ut luna, eximia ⁷² ut lumen solis,
11. metuenda *simul* ut vexillis instructae catervae?“ 11. In
hortum nucis juglandis ⁷³ descenderam, ut viderem
viridia vallis (*ut inspicarem vireta, quae in valle, rivo*
aquae perennis irrigua, לְחָנָן, viruissent), ut viderem si
12. germinasset vitis, si floruisserent mali punicae. 12. Nes-
civeram, quum animus meus posuit ante me ⁷⁴ currus
populi mei — alicujus nobilium ⁷⁵ (*Nil scieram, nil expecta-
veram, quum inopinanter currus populi mei atque nescio*

⁷² D.: *pura*, quam etiam significationem vox בַּר absque ullo dubio tuetur, sed praestat hic significatio magis primaria, in qua haec ab eadem persona modo (VI, 9) in usum vocata est.

⁷³ Hortus hic non est, bene monente Del., peculiaris nucum, sed cuius pulchrae illae arbores praecipuum ornamentum efficiebant.

⁷⁴ idem est quod לְפָנֵי שָׁמָה לְנֶגֶד vel שָׁמָתָנִי, posuit ante me, me conspicere fecit.

⁷⁵ נְדִיבָה potest etiam forsitan melius ut accusativus a שָׁמָתָנִי dependens accipi cum significatione: *atque aliquem nobilem*.

quem nobilem ex horto animadvertissem, quumque me abscondere voluisse, audiveram voces:—). VII, 1., Re-^{VII. 1.} vertere, revertere, o Sulamithis⁷⁶, revertere, revertere, et spectabimus te“ (*ut te spectemus, da veniam nobis te inspiciendi.—Auditis his Sulamithis reverterat et dixerat:*). Quid spectabis in Sulamithide—aliquid ut choream machanaiticam...⁷⁷ (*nisi desideratis simile aliquod modi et ritus machanaiticae saltationis, quae apud nos obtinet, videre, quamque coram, si vobis hoc placet, exhibere minime recuso.* — *Sulamithis nempe, visis regiis curribus, primum fugere coeparat, quumque audisset voces, quae eam appellarent, pristinum animum receperat et reversa ingenue quod in patria ejus regione spectabile fuisse, nempe saltantiunculam machanaiticam, Salomoni et comitatui suo proposuerat).*

Salomo, quum saltationem, qua, ut hospitio (ξενεῖα), eum excepisset, Sulamithis in mentem ei revocaverit, interpellat eam, saltationem, in qua pulcherrimi venustissimi corporis ejus motus, quasi erumpendo, eum delenivissent, verbis suis repetit, incomparabilem vero pulchritudinem ejus singillatim describendo, purgare nunc quidem praecipue se aliquo modo de suo in eam concepto affectu, dum et haec dotibus et pulchritudine juvenis, cui

⁷⁶ Quum nomen שולמית articulum tuetur, si *proprium*, ut videtur, Sulamithidos, simul et gentilicium est idemque quod שונמית (I R, 1, 3), et *Sunemo* scil. oriunda (LXX: ἡ Σουνημήτις). Probabiliter, parentes ejus et *Sunemo* (quod hodie etiam *Sūlam* appellatur), oppido in tribu Issachari, in viciniam Engaddae ante eam natam migraverant. V. Del. ad I.

⁷⁷ מחנים sive מחנה est nom. propr. oppidi (vide Ges. — Mühlau u. Volck sub v.). Absentia articuli ante vocem monet Sulamithida non stricte saltantiunculam, quae nempe in oppido מחנים obtinet, sed e genere ejusmodi saltationum, quae scilicet ad instar machanaiticarum essent, hospitibus suis proponere. Delitzschius (v. ad I.), quem etiam Mühlau et Volck sequuntur, de castris sive choris angelorum hic agi intelligit.

nupta est, rapta esset⁷⁸, studet, voceque נְדִיב (nobilis), quam modo ex ea de se audivit, consulto, formam et dotes ejus elevaturus, ipsam, in primo verborum suorum exordio, appellando, eam reginae munere dignam esse declarat atque obiter nobilitatis dignitatem sic in eam transfert.

SALOMO.

2. Quam pulchri gressus tui sunt in soleis, o femina nobilis (*literare: filia viri nobilis — filia nobilis.* — *Sulamithis, quum nobiles hospites animadvertisset, leviore vestitu nudisque pedibus, ut solebat, fuisse videtur, soleasque, ad hospites exitura, ante saltantiunculam scilicet peragendam, induisse.*) Flexus femorum tuorum
 3. ut monilia sunt — opus manuum artificis; 3. umbilicus tuus est labrum rotunditatis (*ventri tui depresso circa umbilicum maxime concinna optimeque rotundata est, pulcherrimum cratera referens*), ne deficiat vinum medicatum (*depresso ventris tui cratera vino pretiosissimo idoneum refert itaque comparatum ut hoc nunquam eum deficeret*⁷⁹). — *Quum Sulamithis de improviso ad hospites suos*

⁷⁸ Conf. analogam aliud post aliud Sulamithidos viri membrorum ab hac factam descriptionem V, 10—16, quae subsequenti a rege ipsius Sulamithidos singulorum membrorum descriptioni factae ansam aliqua ex parte praebuisse videtur.

⁷⁹ Inter veteres profanos orientales poetas elegantissimus Kālidāsas in Meghadūto inducit sub Yakshi specie virum ab uxore sua separatum, qui, conspecta nube, hanc, ut amicum, nuncium a se ad eam mittit, enumerandoque insignia, quibus hic nuncius suam conjugem facile cognoscere posset, hanc esse nimna-nābbim (depresso umbilico praeditam) indicat (78 ed. Stenzl); idem alio loco (28) vorticem pulcherrimi fluminis cum femineo umbilico comparat. Quae addidi eorum ratione habita, qui omnia recentiorum temporum mensura metiuntur neque probe sciunt omnem antiquitatem etiam peculiares in universum informationes enunciandi leges, rerum suarum conditione descriptas, habuisse, easque, quamvis a nostris sint diversae, ne minime quidem his, si bene perspectae sint, esse inferiores.

*exire esset coacta, vestem nempe levissimam, sine dubio, induta erat, pulchritudineque membrorum eo magis splenduisse atque sic animum Salomonis rapuisse videtur); venter tuus est acervus granorum tritici, conceptus liliis⁸⁰; 4. duae mammae tuae sunt sicut duo hinc nulei, gemelli dorcadis; 5. collum tuum est ut turris eboris (*eburnea,—turris extra eburneis tabulatis obducta, sole lucente amoenissimum prospectum exhibens*⁸¹,—collum tuum est procerum, simulque nitidum et candidum tanquam ebura); oculi tui sunt piscinae in Hesbone, ad portam filiae multitudinis (*i. e. hujus oppidi, hominum multitudine abundantis*⁸²,—oculi tui sunt duo lacus, qui portam oppidi Hesbonis intrantes limpidissimae aquae aspectu delectant); nasus tuus est ut turris Libani (*ut turris in monte Libano exstructa*) prospiciens versus Damascum (*literate: prospiciens in faciem Damasci*⁸³); 6. caput tuum super*

⁸⁰ Hodie etiam, docente Wetzsteino apud D., pulcherrimus humanae cutis color, apud Syros, tritici similis habetur. Sub liliis hic candida tunicae lintea possunt intelligi. V. Del. ad I.

⁸¹ Turris eburnea, de qua nullibi alias in sacris scriptis fit mentio, verisimiliter in imaginatione, ad collum Sulamithidos cum hac comparandum, a rege est concepta (v. Del. ad I.), estque haec jam magis sincera, si ita dicere fas est, quam cum armis instructa turri, ut IV, 4, comparatio, quum unice collo, absque ornamentis, elevando inserviat.

⁸² Sequor Del., qui vocem בַת ad subintelligendum רִישׁ, quod est fem., non ad רִישׁוֹ, refert. Apud LXX itidem: ἐν πύλαις Θυγατρὸς πολλῶν.

⁸³ LXX: πύργος τοῦ Λιβάγου σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ. Si mente fingas pulcherrimam hanc turrim in elatiori loco, sed non tam in altum, quam in latitudinem desuper exstructam fuisse, comparatio hujus cum naso facile explicatur, haecque mox amoenissimae, ad mentem Delitzschii, subsequenti capituli cum Carmeli hemisphaerio comparationi materiam praebere potuit.

te (*quod culmen et coronam staturaे tuae efficit*⁸⁴) est quasi Carmelus (*amoenissimum ad mediterraneum mare promontorium, pulcherrimis arboribus et optimo coco abundans*), et coma capitis tui est sicut purpura (*ut splendidissima purpura e rubro nigricans atque refulgens*):
 7. rex devinctus est (*captus est*) his cirris!⁸⁵ 7. Quam pulchra tu et quam suavis essem, o amor (*o deliciae meae, o dilecta*⁸⁶) in voluptatibus!⁸⁷ (*quum tam pulchra, tamque sis jucunda, o amica mea, quantis voluptatibus perfusus essem, si mihi mutuo amore tuo frui licuisset!*). 8. Ista statura tua similis est palmae et
 9. mammae tuae—racemis; 9. dixeram in animo meo:
 ascendam super palmam, implicem me frondibus ejus—tuque patiare, quaeso (*haec in votis habueram*), ut sint mammae tuae ut racemi vitis (*ut sint pro dulcissimis vitium racemis*), odor autem nasi (*oris*) tui ut *suavia* mala (*quae odorem et refrigerium praebent*),
 10. palatumque tuum ut vinum bonitatis—(*boni generis, optimum,—i. e. oscula tua et amatoria loquela, si mihi concederentur—o utinam concessae essent—similes essent vino optimo*).

Sulamithis interpellando respondet:

⁸⁴ Vide D. ad l.

⁸⁵ רַהֲתִים, quod mire quam torquent plurimi interpretes. Recte Del., quem vide ad l. Conf. Ges.—Mühlau u. Volck hebr. Wörterb. sub v. רַהֲתָה

⁸⁶ Vide annot. 36 ad III, 10.

⁸⁷ Vide Ges.—Mühlau et Volck sub v. תְּעֵנָה.

SULAMITHIS.

— Quod it ad amicum meum recta, quod leniter commovet labia etiam somniantium⁸⁸ (*hoc vinum, hic amatorius susurrus, absque precibus, absque ambagibus, ipse directe ori conjugis mei, illius, at non alius cujusquam, infunditur, haec suavissima mortalium voluptas, quae etiam jam somno obrutorum labra leniter moveri verbaque mutui amoris suaviter murmurare facit*). 11. Ego dilecti mei sum, et nisi in me conversum est desiderium ejus (*ego illius sum et ille, similiter atque ego, nullam aliam uxorem desiderat*⁸⁹). 12. Age, o mi amice (*o mi conjux*), exeamus rus (*educ me hinc et fac me rurales tecum respirare auras*): pernoctemus (*habitemus*) in vicis, 13. mane surgamus ad vineta (*ut vineta inspiciamus*), videamus si effluerit vitis, aperuerit se flos vitis, germinaverint mali punicae. Ibi dem amores meos tibi⁹⁰. 14. Mandragorae dant odorem et super⁹¹ foribus

⁸⁸ Verba זולך וננו primus, idque rectissime, Delitzschius Sulamithidi interpellanti tribuit, quae jejuna atque paene sensu cassa in regis ore fuissent. Haec quidem Sulamithidos interpellatio, praeter non minus ponderosa ulteriora verba, praecipuum orationis suae momentum fuisse videtur, quod manifestam ei victoriā attulerit.

⁸⁹ Notetur hic valor vocis תשוקה; conf. Gen. III, 16: לא אישׁ תשוקת et erga virum desiderium tuum (*conversum erit*), quae lex est uxoris erga maritum, quaeque hic plane et expressim compleetur, quum idem, idque dulcissimum, officium etiam mariti erga uxorem sanciatur. Conf. Mal. II, 13—17.

⁹⁰ Conf. v. 10 et 7.

⁹¹ Praepositio בְּ hic etiam *e regione* (prope), ad opinionem Ern. Renani, habere potest. Amplector cum Del. significationem vocis primariam, סתאנון, me sentiente, ut חלנות II, 9 (vide annot.), est pluralis categoriae.

nostris⁹² (*quarum plures quam unam, ad opinionem Delitzschii, Sulamithidos domuncula habuerat,—probabiliter in antepagmento, quod extra sub tecto super forem concinatum esset*) sunt omnis generis eximia (*poma, eximii fructus*), recentia et vetera (*recentes et veteres, superioris scil. anni, vel annorum, fructus; quoad recentes—positi sic ut sole et aere corrumpi non potuissent*), quae reposueram tibi...

Rex exiit, resolutione in animo facta Sulamithida pristinae felicitati sua reddere, decretum hoc ei per alios, ut videtur, ad morem in talibus receptum, nunciaturus, quorum haec nescia, coram reginis et puellis, denuo in tempora, ubi cum amico suo, nondum nupta subque severa tutela fratrum, nisi clam conversari potuisset, postea vero, huic connubio juncta, tam felix fuisset, delabitur.

SULAMITHIS.

VIII, 1. Quis fecisset te ut fratrem mihi (*utinam essemus ut frater mihi*), qui suxisset ubera matris meae (*ut fratrem germanum*): obviam irem tibi in platea, (*si mihi obviam ires in platea—*) oscularer te, neque me contemnerent *homines* (*neque meum in te affectum male interpretarentur*), 2. sincere et aperte agerem tecum⁹³ (*apprehenderem te*), adducerem te in domum matris meae (*in domum, ubi vixerat et progenuerat me mater mea*), tu institueres me, bibendum darem tibi de vino condimento (*de condito*), de musto mali

⁹² Conf. annot. 21 ad II, 9.

⁹³ Vide Del. Koh. p. 202.

punicae meae... ⁹⁴ (*Impedimenta rupta erant connubio, pergit Sulamithis: adduxeram denique eum et collocaveram in domo matris meae*). 3. Laeva ejus manus sub capite 3.
meo et dextera ejus amplexatur me!—4. Obtestor 4.
vos, filiae Hierosolymorum: non suscitare, neque
exsuscitare amorem, donec ipse indulserit ⁹⁵.

⁹⁴ Vel: *de musto mali punici mei*, quod reddit ad idem.

⁹⁵ Pro δε II, 7 et III, 5 hic est prohibitivum ην (proprie: quid? cuinam rei? quorsum?), quum, post priores fortissimas obsecrations, simplicis jam rogationis satis fuit, haecque est causa cur dorcales et cervae, per quas Sulamithis primum reginas et puellas obtestabatur, hic sint omissae.





III.

CHORUS ENGADDENSIO.

5. Quaenam haec est ascendens e deserto⁹⁶ (*ascendens colles engaddenses, qui a Hierosolymis deserto interjecto separantur*), annixa ad dilectum suum?

Salomo integritate et constantia Sulamithidos in virum suum pietatis motus, hanc ad suos cum marito, quem antehac ex Engaddis Hierosolyma advectum esse appetet, remisit. Postquam natale solum advenisset conspexissetque bene notam sibi (conf. II, 3) malum, quae in pristino mariti ejus fundo (primis collibus Engaddensibus citra desertum) creverat (VIII, 5), Sulamithis incipit.

SULAMITHIS.

Sub hac malo (*ubi requiescere amaveras*) excitare te solebam e somno: hic enixa est te mater tua, hic enixa est quae generat te (*hic cum dolore te pepererat*).

6. Pone me, ut anulum signatorium, ad cor tuum (*impone me, ut anulum signatorium tuo pectori*), ut anulum signatorium—ad brachium tuum (*arctissime me amplectere*), quoniam validus, sicut mors, est amor,

⁹⁶ Conf. III, 6, ubi eadem interrogatio ad reginam primariam refertur, Sulamithisque sic redux triumphanti reginae aliquo modo comparari videtur.

aspera sicut orcus est aemulatio (*verus amor nulla re
frangi potest atque invictus est, aemulatioque ejus con-
tra omnia delenimenta aspera et implacabilis permanet*),
flammae ejus sunt flammae ignis—coruscatio Jahi
(*fulgur*): 7. aquae copiosissimae non valent extin- 7.
guendo amori et torrentes minime obruunt eum
(*quumque verus amor adeo fortis sit per se, nulli corrup-
telae, neque vel maximis largitionibus cedere potest*).
Si proponeret quis etiam omnem substantiam (*omnia
bona, omnes fortunas*) domus suae pro *tali* amore
(*ut hic scil. etiam tanto pretio violaretur*), nisi contem-
nendo contemnerent eum ⁹⁷ (*nil aliud nisi contemptum
et indignationem lucraretur,—talis ego sum, pergit Sulamithis,
viro meo penitus et in aeternum devota, frustraque
fratres mei, quum sub tutela eorum immatura manerem,
me talem omnino futuram non confisi erant*). 8. „Soror 8.
nobis parva est (*soror nostra adhuc parva est, dice-
bant illi*), necdum mammae sunt ei (*necdum nubilis
facta est*): quid faciemus sorori nostri (*quem modum
agendi, quod attinet ad sororem nostram, suscipiemus*)
in illo die quo diceretur *male* de ea? (*quum, nubilis facta,
in malam famam inciderit, scil. si inciderit*—. ⁹⁸ En quomodo

⁹⁷ Sunt qui pronomen הַז referunt non ad אִישׁ, sed ad vigorem clarissimae per se sententiae, sine ulla necessitate, quamvis salva grammatica, diminundo.

⁹⁸ דבר cum praep. ב personae saepe occurrit in sensu *male dicere de aliquo* (e. gr. וְתַדּוּ מֹרִים וְאַהֲרֹן בְּמִשְׁחָה Num. XII, 1) et *dicere in aliquem, contra aliquem* (ex. gr. Num. XXI, 7 et c.). Voces בֵּיּוּם שִׂידְבָּר בָּה (in die quo diceretur in illam) Ern. Renanus vertit: le jour où on la recherchera, sed *peti in matrimonium* jam neque cum sequentibus, neque cum antecedentibus quadrat, quoniam apertus ambitus de sorore non adeo fratrum suspiciones excitare potuisset.

tunc, pergit Sulamithis, fratres ejus de ea disceptabant:—).

9. Si murus fuerit ea (*si se procis impermeabilem, ut solidus murus, praestabit*), *esto!* construemus super hoc coronam muralem argenti⁹⁹ (*ex argento, ornabimus eam, in honore et pretio habebimus*), at si janua ea erit (*si non muri, sed januae, cujus valvae non adeo arcte, si has cum muro compares, compactae sunt, speciem praebebit*¹⁰⁰), praecludemus (*coarctabimus*) hanc *januam* assibus cedri[“] (*compagibus cedrinis, scil. firmissimis,—si incestis amoribus facilem se accessu praebuerit, propria potestate nostra ab opprobrio, quo domum nostram contaminaret, eam arcebimus.*—*Frustra, pergit Sulamithis, disceptationes vestrae, quae parvulam me lacerabant, fuerant*—): 10. ego murus sum et mammae meae sicut turres (*quae expugnari non possunt*)—tunc (*quum me semper constantem minimeque mutabilem vidisset*) fui in oculis ejus ut quae nacta est pacem (*reputavit me talem a qua pax non erat extorquenda, quae nisi in conjugis amore pace frueretur, belloque abstitit pacemque meam mihi reliquit.*—*Sunt Salomoni porro, pergit Sulamithis, innumerabilia bona, quae ipse possidet quorumque fructum etiam aliis percipiendum indulget: meum bonum, amor incorruptus meus, nusquam a me divelli patitur, sicut omnia, o Salomo, tua tuorumque tibi sunt et tuis, neque alicujus uspiam erit ut haec attentet. Hanc sententiam Sula-*

⁹⁹ Vel, interpretante Del., pinnarum argentearum seriem.

¹⁰⁰ Si vocabulo נַלְד significationem foris, non valvas, sed unum tabulatum exhibentis, tribus, sensus idem permanet, dum et haec, minime valida prae muro, facilime super cardinibus suis huc et illuc moveri potest.

*mithis exprimit sequentibus:—) 11. Colles vinarii¹⁰¹ sunt 11. Salomoni in Baal-hamon, dat vineam custodibus, unusquisque tenetur afferre ei pro fructu ejus *per annum* mille siclos argenti¹⁰²: 12. vinea, quae mea est 12. (*innocentia, quae a me est inseparabilis; conf. I, 6,*) est coram me (*mecum est, alieno nemini patet*), mille autem *sicli* tui sunt, o Salomo, et ducenti custodientium fructum ejus! (*sc. vineae, fructum vineae tuae¹⁰³, — uterque vestrum, tu sc. et custodes hortorum tuorum, habete vestra!*)*

¹⁰¹ Sing. כָּרְמֵל vinea sine dubio est coll., vel si spatio omnes hae vineae conjunctae essent, quum in eodem hoc versu pluribus permittitur custodibus, quorum unusquisque magnam ex hac argenti summam regi afferre tenebatur.

¹⁰² יִבְיא dependet conditionaliter a נָתַן dat (dedit,—) ea conditione ut unusquisque afferat, — quod quum est clarum, grammatica explicazione similiūm in versionis textu supersedi.

¹⁰³ אֶת פְּרִי כָּרְמֵל at per attractionem pro פְּרִי כָּרְמֵל.





IV.

Conjuges denique ad domunculam suam pervenient ibique congratulantium amicorum turba circumdantur. Instruitur convivium felicissimusque virorum his uxorem fidelissimam alloquitur.

VIR SULAMITHIDOS.

13. 13. O habitans in hortis (*o habitatrix hortorum, quae a hortis, a vita sc. rustica, non es divellenda, quae nunc frueris hac, omnibus delenimentis repulsis*), amici arrectis auribus sunt ad vocem tuam (*appetunt, subauscultant tuam vocem*): da mihi audire (*fac audiam te canentem, aliquem tuorum cantuum nobis profer*).

Quum verbum **הַשְׁמִיעֵנִי** (da mihi audire) in mentem Sulamithidos eandem paene viri sui amantissimi elocutionem revocaverit, quam, ante quam sponsus suus factus esset, mane ad eam veniendo protulisset (II, 14: **הַשְׁמִיעֵנִי אֶת קָלֶךָ** da mihi audire vocem tuam) quamque, ei unice devota, coram rege

repetivisset (II, 14), ad haec respondendo, modulatur nempe sua ipsius verba, ¹⁰⁴ quibus tum virum suum, ut citius ad se reverteretur, invitabat.

SULAMITHIS.

14. „Percurre (*citius spatium, quod nostras habitationes separat, confice*), mi amice, et similis esto, quaeso, dorcadì aut pullo cervorum super montes odorum“ (*similem te praesta dorcadì aut hinnuleis, qui montes fragrantibus plantis et virgultis obsitos transiliunt* ¹⁰⁵).

¹⁰⁴ Vide annot. 105.

¹⁰⁵ Conf. II, 17, ubi in eisdem Sulamithidos verbis nisi una vox sono variat.



A R C H E T Y P U M.

АРСИАНТУМ



שיר השירים

אשר לשלה

I.

SULAMITHIS.

ישקני מנשיקות פיהו כי טובים דרייך מיין לריח שמן²
טוביים שמן תורק שמד על בןعلمות אהבוק משכני אהיך⁴
נרצה הביאני המליך חדריו נגילה ונשמה בר נוכירה דרייך⁵
מיין מישרים אהבוק שחורה אני ונואה בנות ירושלם כאחלי⁶
קדר כיריעות שלמה אל תראני שאני שחחררת ששותפתי⁸
השמש בני אמי נחרו כי שמנני נטלה את הכרמים קרמי שלי⁷
לא נטרתי הנידה לי שאהבה נפשי איך תרעעה איך⁹
תרבין בצדדים שלמה אהוה בעיטה על עדרי חבריך

CHORUS REGINARUM ET PUELLARUM.

אם לא תדעי לך היפה בנשים צאי לך בעקבבי הצען⁵
ורעי את גדייך על משכנות הרעים

SALOMO.

- לְסֶפֶתִי בַּרְכֵבִי פָּרָעָה דְּמִיתִיק רַעֲיטִי נָאוֹ לְחַיֵּךְ בְּתֹרוֹם
צָוָאָרָךְ בְּחֻרוֹם תּוֹרִי וְהַב נָעָשָׂה לְךָ עַם נְקֻדּוֹת הַכְּסָף

SULAMITHIS.

- עַד שַׁהְמַלְךָ בְּמַסְבּוֹנוֹ נָרְדִי נָתַן רִיחֹו צָרוּר הַמֶּר דָּרוּי לִי
בֵּין שְׁדֵי יְלִין אַשְׁכֵל הַכְּפָר דָּרוּי לִי בְּכָרְטִי עַזְנִין נָרְדִי

SALOMO.

- הַנְּךָ יְפָה רַעֲיטִי הַנְּךָ יְפָה עַזְנִיךְ יוֹנִים

SULAMITHIS.

- הַנְּךָ יְפָה דָּרוּי אָפְנָעִים אָפְעַרְשָׁנוּ רַעֲנָה קְרוֹת בְּתִינוֹ
אֲרוֹזִים רְחוּטָנוּ בְּרוֹתִים אַנְיַחְבָּצָלָת הַשְּׁרוֹן שְׁוֹשָׁנָת הַעֲמָקִים

SALOMO.

- כְּשֹׁוֹשָׁנָה בֵּין הַחֹוחִים כֵּן רַעֲיטִי בֵּין הַבְּנוֹת

SULAMITHIS.

- כַּתְפּוֹחַ בְּעֵצִי הַיּוֹרֵן דָּרוּי בֵּין הַבְּנִים בְּצַלְוֹ חַמְרָתִי וַיְשַׁבְּתִי
וּפְרִיוֹ מַתּוֹקַ לְחַכִּי הַבְּיָנִי אֶל בֵּית הַיּוֹן וְדַגְלוֹ עַלְיִ אַהֲבָה
סְמַכּוֹנִי בְּאֲשִׁישָׁות רְפָדוֹנִי בְּתַפְפּוֹחִים כִּי חֹולָת אַהֲבָה אַנְיִ
שְׁמַאֲלָו תְּחַת לְרָאֵשִׁי וַיְמִינָו תְּחַבְּקָנִי הַשְּׁבָעָתִי אַתָּכֶם בְּנוֹת
יְרוֹשָׁלָם בְּצַבָּאוֹת אוֹ בְּאַילָוֹת הַשְּׁוֹרָה אֶם תְּעִירָוּ וְאֶם תְּעוֹרָרוּ
אֶת הַאַהֲבָה עַד שְׁתַחַפֵּץ קָול דָּרוּי הַנָּהָה וְהַבָּא מַדְלָג עַל
הַהָרִים מַקְפֵּץ עַל הַגְּבוּעוֹת דּוֹמָה דָּרוּי לְצַבִּי אוֹ לְעַפְרַת הַאַיִלִים
הַנָּהָה וְהַעֲמָד אַחֲרֵ כְּתָלָנוֹ מְשֻׁנִיה מִן הַחֲלָנוֹת מַצִּיעַ מִן

החרכים ענה רDOI ואמר לי קומי לך רעמי יפתח ולבוי לך כי 11. 10.
 הנה חסתו עבר הנשם חלה הלה לו הנצנים נראו הארץ עת 12.
 הזמיר הניע וקול התור נשמע בארצנו התאנה חנמה פניה 13.
 והגפניים סמדר נתנו ריח קומי לבוי רעמי יפתח ולבוי לך יונרי 14.
 בחני הسلح בסתר המדרגה הראני את מראיך השמייעني את
 קולך כי קולך ערב ומראיך נאה אחוו לנו שעליים שעליים 15.
 קטנים מחייבים כרמים וכרמינו סמדר רDOI לי ואני לו הרעה 16.
 בשושנים עד שיפוח היום ונסו הצללים סב דטה לך רDOI לאבי 17.
 או לעפר האילים על הרי בתה על משכבי בלילות בקשיי 1. 1.
 את שאהבה נפשי בקשיי ולא מצאתו אקומה נא ואסובבה 2.
 בעיר בשוקים וברחבות אבקשה את שאהבה נפשי בקשיי
 ולא מצאתו מצאוני השמרם הסביבים בעיר את שאהבה 3.
 נפשי ראייתם כמעט שעברתי מהם עד שמצאתי את שאהבה 4.
 נפשי אחותיו ולא ארפנו עד שהbijתיו אל בית אמי ואל חדר
 הורתי השבעתי אתכם בנות ירושלם בצדאות או באילות 5.
 השדה אם תעירו ואם תעוררו את אהבה עד שתתחפץ 6.

II.

CHORUS CIVIUM HIEROSOLYMORUM.

מי זאת עלה מן המדבר כתימרות עשן מקטרת מר ולובונה 6.
 מכל אבקת רוכב הנה מטהו שלשלמה שישים גברים סביב 7.
 לה מנברי ישראל כלם אחים חרב מלטדי מלחתה איש חרבו 8.
 על ירכו מפחר בלילות אפריזן עשה לו המלך שלמה מעצי 9.

10. הלבנון עמודיו עשה כסף רפידתו והב מרכבו ארוגמן הוכו
 11. רצוף אהבה מבנות ירושלם צאייה וראינה בנות ציון מלך
 שלמה בעטרה שערה לו אמו ביום חתנתו וביום שמחת לבו

SALOMO.

1. הנך יפה רועיתך הנך יפה עיניך יונים מבعد לצמתך שערכך
 2. בעדר העזים שנלשו מהר גלעד שנייך בעדר הקצובות שעלו
 3. מן הרחצה שכלם מטאימות ושבלה אין בהם כחות השני
 4. שפתותיך ומדברך נאה כפלח הרמן רקחך מבعد לצמתך
 5. כמנדל דוד צוארך בניו לתלפיות אלף המן תלוי עליו כל
 6. שלטי הגבורים שני שדייך בשני עפרים תאומי צביה הרעים
 7. בשושנים עד שיפוח היום וננסו הצללים אלך לי אל הר המור
 8. ואל גבעת הלבונה כלך יפה רועיתך ומום אין לך

SULAMITHIS.

8. אתי מלכון כלה אתי מלכון תבואי תשורי מראש אמנה
 9. מראש שניר וחרםון ממונות ארויות מהררי נמרים לבבתני
 10. אהתי כלה לבבתני באחד מעיניך באחד ענק מצורניך מה
 11. יפו דרייך אהתי כלה מה טבו דרייך מין וריה שמניך מכל
 12. בשמות נפת תפנה שפתותיך כלה דבש וחלב תהה לשונך
 13. וריה שלמתיך בריח לבנון גן נעל אהתי כלה גל נעל מעין
 14. חתום שלחיך פרדים רמנונים עם פרי מנדים כפרים עם נרדים
 15. נרד וכרכם קנה וקנמן עם כל עצי לבונה מר ואהלוות עם
 16. כל ראשיכי בשמות מעין גנים בא רם חיים ונולים מן לבנון
 עורי צפון ובוואי תימן הפיחי גני يولו בשםינו יבא דורי לנו

ויאכל פרי מנדיו באתי לגני אחתי בלה אריתו מורי עם 1.
בשמי אכלי יערו עם דבש שתיותי יני עם חלב אכלו
רעים שתו ושברו דודים אני ישנה ולבי ערד קול הדוי רופק 2.
פתחו לי אחתי רועתי יונתי תמתי שראשי נמלאTEL קוצותי
רפסי לילה פשטי את כתנתי אייכבה אלבשנה רחצתי 3.
את רגלי אייכבה אטנוףם דודי שלח ידו מן החור ומעי המטו 4.
עליו קפתה אני לפתח לדודי יודי נטפו מור ואצבעתי מור 5.
עבר על כפות הבנעול פתחתי אני לדורי ודורי חמק עבר 6.
נפשי יצאה בדרכו בקשתייהו ולא מצאתיהו קראתיו ולא
ענני מצאנו השמרים הסביבים בעיר הבוני פצעוני נשאו את 7.
דרידי מעלי שמרי החמות השבעתי אתכם בנות ירושלים 8.
אם תמצאו את דורי מה תנידו לו שחולת אהבה אני

CHORUS REGINARUM ET PUELLARUM.

מה דורך מרוד היפה בנשים מה דורך מרוד שכבה 9.

השבעתנו SULAMITHIS.

דוריך צח ואדום דגול מרובה ראשו כתם פז קוצותיו 10.
תלתלים שחרות בעורב עינוי בזונים על אפיקים רחבות 11.
בחלב ישבות על מלאת להיזו בערוגת הבשם מנדרות 12.
מרקחים שפתותיו שושנים נטפות מור עבר ידיו גלילי 13.
והב מ מלאים בתרשיש מעיו עשתן מעלפת ספירים 14.
שוקיו עמודי שיש מיסדים על אדרני פז מראהו לבנון בחור 15.
כארזים הכו ממתקים וכלו מחמדים זה דורי וזה רעי 16.
בנות ירושלים

CHORUS REGINARUM ET PUELLARUM.

אנה הַלְךָ דָּוְדָךְ הַיְפָה בְּנָשִׁים אֲנָה פָּנָה דָּוְדָךְ וּנוּבְקָשָׁנוּ עַמְךָ VI, 1.

SULAMITHIS.

2. דָוְדָי יַרְדֵן לְגַנְגָה לְעֹרוֹגָנוּת הַבָּשָׂם לְרַעֲוָת בְּגַנִּים וּלְלַקְטָה
3. שָׁוֹשָׁנִים אֲנִי לְדָוְדָי וְדָוְדָי לִי הַרוּעה בְּשָׁוֹשָׁנִים

SALOMO.

4. יְפָה אַתְּ רַעִיתִי כְּהַרְצָחָה נָאוֹה בַּיְרֹשֶׁלָּם אִימָה בְּנְדָגָלוֹת
5. הַסְּבִי עַיִינִיךְ מְנֻגְדִּי שָׁהֵם הַרְהִיבָנִי שְׁעַרְךָ כְּעַדְרַ הַעֲזִים שְׁגַלְשָׁוּ
6. מִן הַגָּלְעָד שְׁנֵיךְ כְּעַדְרַ הַרְחָלִים שְׁעַלְוּ מִן הַרְחָצָה שְׁכָלָם
7. מִתְאִימָות וּשְׁכָלָה אַזְנֵיכָם בְּהָם כְּפָלָח הַרְמָנוֹן רַקְתָּךְ מִבְּעֵד
8. לְצַמְתָּךְ שְׁשִׁים הַמָּה מְלָכָות וּשְׁמָנִים פִּילְגָשִׁים וּלְמָמוֹת אַזְנֵיכָם
9. מִסְפָּר אַחַת הַיָּא יוֹנְתִי תִּמְתִּי אַחַת הַיָּא לְאַמְתָּה בְּרָה הַיָּא
לְזַלְרָתָה רָאוֹה בְּנוֹת וַיְאַשְׁרוּה מְלָכָות וּפִילְגָשִׁים וַיַּהֲלֹלה

SULAMITHIS.

10. מֵי זָאת הַנְּשָׁקֶפֶת כְּמוֹ שָׁחָר יְפָה כְּלַבְנָה בְּרָה כְּחָמָה
11. אִימָה בְּנְדָגָלוֹת אֶל גַּנְתָּה אֲנוֹנוּ יַרְדָּתִי לְרָאוֹת בְּאַבִי הַנְּחָל
12. לְרָאוֹת הַפְּרָחָה הַגְּפָנִים הַנְּצָוָה הַרְמָנוֹנִים לֹא יַדְעַתִּי נְפָשִׁי שְׁמַתְנִי
VII, 1. מְרַכְבּוֹת עַמִּי נְדִיבָה שׂוּבִי שׂוּלָמִית שׂוּבִי שׂוּבִי וְנַחַת
בְּךָ מָה תָּחוּ בְּשׂוּלָמִית כְּטַחַלָת הַמְתָנִים

SALOMO.

2. מָה יְפָוּ פָעֵטִיךְ בְּנֻעָלִים בַּת נְדִיבָה חַמּוֹקִי יַרְכִּיךְ כְּמוֹ חַלְאִים
3. מַעַשָּׂה יְדֵי אָמֵן שְׁרָךְ אָנֵן הַסְּהָר אֶל יְחִסְרַ הַטוֹּג בְּטַנְךָ עַרְתָּה

חטאים סוגה בשושנים שני שדייך כשני עפרים תאמי צביה 4.
 אゾאך במנדרל השן עיניך ברבות בחשבון על שער בת רבים 5.
 אפק כמנדל הלבנון צופה פני דטשך רשאך עלייך כברטל 6.
 ודלת רשאך כארגנטן טלק אסוד ברהטים מה יפיה ומה 7.
 נעמת אהבה בתענוגים זאת קומתך דמתה לתמר ושדייך 8.
 לאשכבות אמרתי עליה בתמר אחוה בסנסנוו ויהיו נא 9.
 שדייך כאשכבות הנפן וריח אפק כתפוחים וחכך כיין הטוב 10.

SULAMITHIS.

הולך לדורי למשירים דובב שפתוי ישנים אני לדורי 11.
 ועל תשוקתו לכיה דורי נזיא השדה נלייה בכפרים נשבייה 12.
 לכרכמים נראה אם פרחה הנפן פתח הסטדר הנצז הרמוניים
 שם אתן את דורי לך הדודאים נתנו ריח ועל פתחינו כל 13.
 טנדרים חדשים גם ישנים דורי צפנתי לך מי יתנק באח 14.
 לי יונק שדיامي אמץך בחוץ אשך גם לא יכו לי
 אנהנק אביאך אל בית אמי תלמדני אשך מײַן הרקח 2.
 מעפים רמניא שמאלו החת ראשיו וימינו תחבקני השבעתי 3.
 אתם בנות ירושלם מה תעירו ומה תעררו את האהבה 4.
 עד שתחפץ

III.

CHORUS ENGADDENSIMUM.

מי זאת עליה מן המדבר מתרפקת על דורה 5.

SULAMITHIS.

תחת התפוח עוררתיך שמה חבלתך אמך שמה חבלה
 6. ילדהך שיטני כחותם על לבך כחותם על ורועך כי עזה
 במוות אהבה קשה בשאול קנאה רשפה רשי אש
 7. שלחבת ייה טים רבבים לא יוכלו לבבות את האהבה ונחרות
 לא ישטפו אם יתן איש את כל הון ביתו באהבה בו
 8. יבוזו לו אחות לנו קטנה ושדרים אין לה מה נעשה לאחותנו
 9. ביום שידבר בה אם חותה היא נבנה עליה טירת כף
 10. ואם דלת היא נצור עליה לוח ארז אני חותה ושדי במנדרות
 11. אז הייתי בעינוי במוצתה שלום כרם היה לשלהה בבעל
 המן נתן את הכרם לנטרים איש יבא בפריו אלף כסף
 12. כרתי שלי לפני האלף לך שלמה ומאותם לנטרים את פריו

IV.

VIR SULAMITHIDOS.

13. היושבת בגנים חברים מקשיבים לקולך השמייני

SULAMITHIS.

ברח דורי ורטה לך לצבי או לעפר האלים על הרי בשםים
 14.

E P I L O G U S.

23. ВОЛГА



EPILOGUS.

Operis interpretatione, quod plane integrum, ut in praefatione posui, apparet cujusque nulla pars neque avelli, neque loco moveri patitur¹⁰⁶, absoluta, jam de interno sacri poematis sensu verba aliquot proferre licet. Ardentissimum amorem, ut omnibus manifestum est, paginae hae, inde a prima usque ad ultimam, spirant, sed qualis et quantus est ille amor? Estne hic singularis alicujus personae, an ad omnem humanitatem pertinet? et rursus, estne hic

¹⁰⁶ Vide annotationem 109. Integritati internae etiam mirus omnium manu scriptorum sacri poematis codicum consensus plane respondet, quum in his, si quae orthographiam vel accentus spectant excipias, nulla varians lectio deprehenditur (conf. Del. pp. 178—184). Eundem cum masoretico textu consensum tuerit etiam noster antiquissimus, e collectione firkowicziana, Sacrorum Bibliorum XI sec. codex, qui in Caesarea publica petropolitana bibliotheca asservatur, in quo ne minime quidem sacrum poema, verborum forma et tenore, a masora discrepare, hoc, post doctissimum nostrum Hermannum Strackium, attentissime perlustrato, inveni.

humanitatis nobis coaevae, an pertinet ad humanitatem selectam, vel ad hanc universam, quae, consummato mundo, in aeternum vigebit?

Et primum omnium, non est hic amor, quem *secundarium* vitae humanae elementum doctissimus Renanus appellat, praeponendo ei *officium* et *ratiōnem*¹⁰⁷, quum officium et ratio, immo ipsa veritas, ne minime quidem in sacro poemate nostro sejungantur. Amor hic est uxoris erga virum et viri erga uxorem, est mysterium, quod a divina lege verbis: „et erunt corpus unum“ (Gen. II, 24) prolatum atque a S. Paulo dicente: „uxor in proprium corpus suum nullam potestatem habet, sed vir, et similiter, vir in proprium corpus suum nullam potestatem habet, sed uxor (I Cor., VII, 4; conf. Mal. II, 13—16)“ explatum est. Eadem haec lex, in illustri posita monumento, exempli specie, sacro poemate nostro promulgatur. Et per quem? quo divinae mentis interprete? per sapientissimum et potentissimum regem, qui et persona agens et ipse auctor est poematis¹⁰⁸, qui hac

¹⁰⁷ Le Cantique des Cantiques, 1860, pp. 144 et 146.

¹⁰⁸ Quae contra Salomonem auctorem poematis nostri afferuntur plane sunt futilia, solumque pronominale **v**, quod pro **רַבָּא** in titulo et in

candida et excelsa animi sui confessione, conjugum amorem indissolubilem esse atque invictum, ut ipsa mors, testatus est atque obsignavit (*εσφράγισε*).

His positis, quaestio tamen injici potest, cur feminae solummodo virtus in actione poematis, at non adeo viri, exhibetur, ad quam paratissimum est responsum auctorem poematis nisi feminam accurate describere potuisse, quum hujus nempe virtutem tunc quidem expertus esset, ex verbis autem Sulamithidos clarissime elucere etiam virum suum eodem affectu in eam fuisse (VII, 11; VI, 3; II, 16) amoremque eorum fuisse parem, neque talem, qui unum ab altero divelli pateretur. Accedit quod, si femina, quae natura est debilior, tantam animi virtutem praestiterit, quanto magis viri est in hoc sanctissimo mysterio permanere neque in proprio corpore suo discidium, quod nec voluntariae aequum est (Mal. II, 15—16), pati.

Conjugum amor, divortium quorum abhorret ipse Deus (Mal. II, 16), est porro vis vitalis, qua

ipso libro usque occurrit, primo aspectu aliquid ponderis habere videtur, sed et haec opinio nulla est, quum sciamus pronominalem formam *w* in Deboraे cantu (Jud. 5, 7), de cuius antiquissima aetate nemo dubitavit, atque alias passim in sacris libris occurrere, eandemque etiam apud longe antiquissimos phoenices et assyrios obtinuisse.

divina in terris hominum societas, quam ecclesiam vocamus, continetur, vis et potestas, quae nullis sollicitationibus, nullis corruptelarum illecebris cedit. Idem ille divinus amor, qui crucis sacrificio est consignatus, etiam ecclesiam cum Christo, ut recte Patres senserant, conjungit, Sulamithisque poematis nostri ecclesiae est typus, quae fida, nullis hac illecebris praevalentibus, conjugi suo divino permanet, inque sinu ejus, ut casta Sulamithis, aeternae felicitati denique requiescat.






Annotatio 109-na. Praecipua dramaticae poematis nostri actionis momenta hic non absque re forsitan indicare fuerit. Et quidem *tres* sunt actionis loci, ubi drama peragitur, quorum primus, a I, 2 incipiundo usque ad VI, 10, est Salomonis regia, ubi duo actus, indicatione intermedia III, 6—11 divisi, absolvuntur; secundus locus est vicinia deserti prope Engaddam VIII, 6—12, tertius—domuncula conjugum VIII, 13—14, in quo duo ultimi actus, brevi indicatione intermedia VIII, 5 praemissa, drama concludunt. Poema *quatuor* actibus constat, quorum primus I, 2—III, 5 affectum regis erga Sulamithida hujusque fortissimam, immutabili conjugis amore, repugnantiam pandit. Regias blanditias aspernantem Sulamithida, tanquam unam de multis reputando, Salomo in principio digniter pulchritudinem ejus ornare promittit; mox tamen palam ei fit hanc ornamentis non indigere neque adeo ullum par ei esse, quum fortissimis armis, nempe castimonia morumque atque ingenii sanctitate, instructa esset, quibus dotibus eo magis regem allexit. Secundus actus (IV, 1—VIII—4) regis animi statum, post peregrinationem cum uxore sua primaria confectam depingit, jamque rex minime de ornanda Sulamithidos pulchritudine cogitat; immo magnitudinem suam et magnificentiam nil posse prae conditione mariti Sulamithidos, dum, post primum in hunc animi affectum (I, 6), amare eum perrexisset (IV, 6; II, 17), dum postea hic sponsus suus (IV, 8—16), dumque vir factus esset (V, 1; VII, 7—11 cet.), certum atque manifestum habet. Fortitudine atque constantia sacri amoris sui Sulamithis vicit, vicitque non ad humilia descendendo, non lacrimis, non precibus, sed sui conjugis suumque mutuum amorem semper ob oculos adversarii ponendo,—amore, qui, quum sit hominum divinae in terris conditionis praecipuum fundamentum, ipse potens sicut mors (VIII, 6), mortem, ne quidem blanditias aut delenimenta, minime curat (VIII, 7), illo caelesti sub forma debilis feminae lumine, quod non regis fuit attentare, qui jam non solum pacem ei incoluem relinquere (VIII, 10), sed etiam suam adversam pugnam glorioseque captum incommodum posteritati sacro poemate, quod est animi ejus, ut in epilogo hujus opusculi (p. 43) asseveravi, confessio, tradere se alligatum censuit (I, 1). Duo reliqui actus, jam finito proprio dramate, conclusionem ejus rapide efficiunt, quum in tertio (VIII, 6—12) Sulamithis redux qualem de rege triumphum reportaverit in via viro suo amantissimo refert, in quarto (VIII, 13) vero, tempore convivii, vir uxorem suam pulcherrimam ad cantandum coram amicis

invitat. In tribus prioribus actibus Sulamithis reginis, coram rege, narrat, ut verus ejus amor natus esset (I, 6), ut hic etiam externae sui et amici ejus rerum naturae responderet atque hac etiam firmaretur (I, 16, 17), ut juvenis ei dilectus saepe eam inviseret (II, 8—17; VIII, 1, 2), ut sponsus factus connubium denique eam accelerare fecerit (IV, 8—16; V, 1), utque sic indissolibili aeternoque nexus cum hoc conjuncta esset (I, 2, 12—14; II, 3—6; V, 10 16; VI, 3; VII, 10—11; VIII, 3). Adducuntur praeterea in his a Sulamithide duo prophetica somnia, quorum alterum ei paulum post nuptias Engaddae (V, 2—7), alterum in regia Salomonis (III, 1—4) fuerat. His non alienum a re forsan est adjicere juvenem, antequam sponsus factus esset, Sulamithida vocibus רָעִיתִי *socia mea* (amica mea), יְפֵתִי *pulchra mea* (II, 10), *sponsam* autem, quum vere sponsa (כָּלַח) sua facta esset, appellare incepisse (IV, 8, 11; conf. 9, 10 et 12, ubi appellationi *sponsae* blanda *sororis* appellatio est adjecta; conf. etiam V, 2, ubi eam verbis אֲחוֹתִי *soror mea*, רָעִיתִי *socia* vel *amica mea*, appellat) hancque sic etiam uxorem appellavisse (V, 1), dum rex nisi voce רָעִיתִי *socia* (amica mea) uteretur (I, 9, 15 cet.), usque dum *feminam nobilem* (בַּת נְדִיבָה) eam nominaverit (VII, 2); notandum est porro Sulamithida virum suum nomine *socii* (עֶרֶב), non solum *amici* (עֶד), appellavisse (V, 16). Haec etiam unitati et integritati dramatis argumentoque ejus atque domicilio minime, si quid video, repugnare mihi videntur. Quum personae agentes dramatis nostri nec in hebraico archetypo, nec in LXX atque Vulgatae versionibus notatae sint, posteriores interpretum, qui sacrum poema dramaticum esse agnoscerent, unusquisque ad proprium arbitrium poematis verba Salomoni, Sulamithidi cet. tribuebat neque in his est qui plane alterutri consentiat *; si vero matrimonii mysterium in nostro poemate sacrorum arcanorum interpreti sagacissimo Delitzschio perluceat, ne hoc quidem, ad ejus etiam interpretandi normam, ut poematis nervus atque fundamentum, bene notante Keilio (p. 398), est positum, dum Sulamithis, secundum hunc atque alios, aequo amoris affectu erga Salomonem, ut hic erga eam, sponsam scilicet et uxorem suam, incensus perhibeat. Eadem diversitas et in actuum dramati tribuendo numero obtinet **, hisque distinguendis bene perspicendum est poema nostrum, si est dramaticum, peculiaris generis esse minimeque scenicum, ut recte Delitzschius monet (p. 12).

* Keil: § 125. Debitas partes singulis sacri dramatis personis agentibus tribuere jam in eunitis christianae aerae seculis orientales interpretes tentamina faciebant, ut in armenica ex. gr. Sacrorum Biblorum sec. V versione, quod a doctissimo collega meo Patkanowio teneo, personae agentes, quamvis ad interpretationem plenum arbitrium, rubris literis distinctae sunt.


** Vide Del. p. 11; Keil p. 399.





INDEX RERUM.

	pag.
Praefatio	V—VIII
Interpretatio.	
I (tentatio Sulamithidos, I, 1—III, 5)	1—12
II (uxoris victoria, III, 6—VIII, 4)	13—34
III (conjugum redditus, VIII, 5—12)	35—38
IV (convivium, VIII, 13—14)	39—40
Archetypum.	
I	43—45
II	45—49
III	49—50
IV	50
Epilogus	53—58


Приложение ко II-му тому трудовъ III-го международнаго съѣзда
ориенталистовъ.











Biblioteka Główna UMK



300022098509

213676

